Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Novae inscriptiones atticae

https://hdl.handle.net/1874/282777

A. qu. 192, 1925

NOVAE INSCRIPTIONES ATTICAE

EDIDIT COMMENTARIISQUE INSTRUXIT J. J. E. HONDIUS



LUGDUNI BATAVORUM
APUD A. W. SIJTHOFF
MCMXXV

NOVAE INSCRIPTIONES ATTICAE

Diss. Utrecht 1925

NOVAE INSCRIPTIONES ATTICAE

SPECIMEN LITTERARIUM INAUGURALE, QUOD EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI H. F. NIERSTRASZ, PHIL. NAT. DOCT. ET IN FAC. MATH. ET PHYS. PROF. ORD., AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU ET NOBILISSIMAE FACULTATIS LITTERARUM ET PHILOSOPHIAE DECRETO PRO GRADU DOCTORATUS SUMMISQUE IN LITTERARUM CLASSICARUM DISCIPLINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS IN ACADEMIA RHENO-TRAIECTINA RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS FACULTATIS EXAMINI SUBMITTET

JACOBUS JOHANNES EWOUD HONDIUS
TRAIECTINUS

DIE X MENSIS IULII ANNI MCMXXV HORA IV



LUGDUNI BATAVORUM
APUD A. W. SIJTHOFF
MCMXXV

PATRIS PIAE MEMORIAE

Studiis academicis iam finem impositurus omnibus, qui doctrina sua me instruxerunt aliove modo studiis meis faverunt, gratias agendi occasionem libentissime arripio.

In primis tibi, clarissime *Vollgraff*, promotor aestumatissume, multum me debere palam profiteor. Singulari tua eruditione, acri iudicio, magna doctrina, litterarum humaniorum studiosos tibi devincire soles. Fuisti mihi per hosce annos et praeceptor et patronus, atque magnam tuam erga me benevolentiam grato animo me semper recordaturum velim tibi persuadeas. In arte epigraphica si quid assecuturus sum, tibi id debebo, qui ad haec studia animum meum adverteris. Tu mihi etiam auctor fuisti, ut nonnullos e titulis, quos Athenis exscripseram, commentariis instructos hoc specimine ederem. Qua in dissertatione conscribenda saepe mihi viam monstravisti, saepe, ne nimis a proposito divagarer, me monuisti, semper summa benevolentia, quae tuo iudicio subieceram, perpendisti. Quanti sit tuum esse discipulum, praecipue cum extra patriae fines degebam intellexi. Etenim quocumque adibam, nemo non in nostra arte primarium virum te cognoverat, nusquam non, a te quod venirem, optima erat commendatio.

Qua commendatione etiamsi eguissem, tu clarissime *Hiller von Gaertringen*, qua es humanitate, tamen haud dubie studiis meis favisses. Tibi quantum debeam, digne aestimare vix possum. Primum Berolini tecto hospitioque tuo me recepisti, mysteriis epigraphicis me initiavisti, bibliothecae tuae nobilisque tuae indolis thesauros liberalissime mihi commodavisti. Deinde, cum bona fortuna mihi contigisset, ut eodem fere tempore atque tu in Graeciam venirem, non modo per lapidum monumenta in museo epigraphico mihi dux fuisti, sed etiam in Graecia peragranda et mihi et uxori velut pater fuisti. Animo meo resurgunt itinera mihi utilissima, quae te mentore te magistro facere nobis contigit: iam subeunt Asine, Troezen, Tiryns, Epidaurus ; interiere urbes, permanet usque decus. Tum Supplementum Epigraphicum edere cum mihi proposuissem, tu in primis opus meum adiuvisti, auxilio promovisti, auctoritate corroboravisti. Postremo in hoc specimine conscribendo, sicubi consilium tuum imploraveram, numquam mihi defuisti. Te rogo, ut amare me pergas, sicut amasti.

Tertium quemnam potius nominem quam te, clarissime *Bolkestein*? Etenim quisquis studiis epigraphicis incumbit, eum historiae praecipue studiosum esse oportet. Tu autem quo ardore, qua sagacitate, quanta doctrina quaestiones historicas tractare soles, fieri non potest, quin discipulos tuos summo historiae amore imbuas. Non facile futurum esse puto, ut earum horarum obliviscar, per quas et disciplina et consuetudine tua frui mihi contigit.

Grato animo vestra nomina cito, viri clarissimi *Caland, Damsté, van Hoorn, Rutgers van der Loeff, J. C. Naber, Ovink, Schrijnen*, qui Ultrajecti doctrinam vestram mihi impertivistis, vestra quoque nomina, viri cl. *W. Schulze, von Wilamowitz-Moellendorff, Wilcken*, qui Berolini me advenam summa comitate excepistis, doctrina qua eminetis instituistis, vestra denique nomina, viri cl. *Cohen* et *Hesseling*, qui, ut Lugduni Batavorum lectionibus vestris interessem, benigne mihi permisistis.

In Graeciam iter quod feci, vestrae liberalitati debeo, viri amplissimi, qui societati, quae dicitur „Het Philologisch Studiefonds", praeestis. *Οὐ παντὸς ἀνδρὸς εἰς Κόρινθον ἔσθ' ὁ πλοῦς*. Quam grato animo itaque is sit oportet, cui non modo Corinthum, sed totam fere Graeciam adire contigerit!

In urbe Athenis quod Instituti Archaeologici Britannici socius sum adscitus, tuae comitati acceptum refero, clarissime *Wace*. Quam laeta tempora in venustissima vestra sede una tecum cumque tot aliis praestantissimis viris mulieribusque artis antiquae studiosis degerim, semper meminisse iuvabit.

Ἐπαινέσαι δὲ καὶ Βασίλειον Λεόναρδον καὶ Ἀντώνιον Κεραμόπουλλον Ἀθηναίους καὶ στεφανῶσαι αὐτοὺς θαλλοῦ στεφάνῳ εὐνοίας ἕνεκα καὶ φιλίας ἧς ἔχοντες διατελοῦσι πρὸς ἐμέ.

Te quoque hic praeterire non possum, doctissime *Brinkgreve*. Tu enim, cum eram alumnus Scholae Sancti Hieronymi, eo artium liberalium amore me imbuisti, ut gymnasii curriculo peracto, quin litterarum humaniorum studiis me darem, omnino non dubitaverim. Tua amicitia studiis meis semper favit, semperque fore, ut faveat, pro certo scio.

Denique tibi, doctissime *van Eck*, collega aestumatissime, quod in huius libri plagulis emendandis impigerrime me adiuvisti, ex animi sententia gratias ago.

PRAEFATIO.

Tituli, quos hoc opusculo editurus sum, ex numero sunt eorum, quos anno 1921 Athenis cum morabar exscripsi. Praeter unum, qui in Horologio Andronici tunc temporis iacebat, ceteri omnes in Museo Epigraphico asservabantur; plerique in arce eruti sunt.

Ex animi sententia gratias ago v. cl. B. Leonardo, Musei praefecto, qui, ut hos titulos ederem, benigne mihi concessit. Neque minorem gratiam debeo v. cl. Ad. Wilhelmo, per quem mihi edere licuit fragmenta nova, quae vir in hac materia sagacissimus iam pridem titulis IG I 13 et 42 assignaverat. Gratissimo quoque animo commemoro viros cl. F. Hiller de Gaertringen et I. Kirchner, quippe qui nonnullos titulos, quos ipsi in Inscriptionum Graecarum editionem minorem recepturi sunt, mihi edendos permiserint neque umquam bonis consiliis mihi adesse desierint. Denique gratias ago v. cl. A. M. Woodward, Instituti Britannici hoc tempore moderatori, qui mea causa nonnulla ectypa chartacea compluresque imagines photographicas liberalissime conficiendas curaverit, quique mihi, sive aliquo lapide diligentius inspecto sive aliud quiddam opus erat, numquam non paratissime praesto fuerit.

Pleraeque harum inscriptionum sane mutilissimae sunt neque gravis momenti. Itaque modo veritus sum, ne his frustulis nimium honorem tribuerem, modo, ne lucubrationes meas parum elaboratas in lucem emitterem. At opusculum meum si in scriniis tenuissem, dum satis absolutum et perfectum mihi videretur, numquam, sat scio, prodiisset; insunt enim haud pauca, quae neque mihi ipsi placent, quaeque ut aliis placeant vereor. Spero tamen fore, ut nonnulla ex eis, quae temptavi, doctioribus non prorsus displiceant. Eos, si quid in his titulis felicius quam ego potui restituerint, ut acuminis sui fructus in usum Supplementi Epigraphici Graeci mecum communicent, rogatos velim.

In huius Supplementi origine paulisper morari liceat. Ubi primum inscriptionibus Graecis tractandis operam dare coepi, omnia, quae viri docti ubique in hac materia elaboraverunt, resciscere quam difficile esset, sensi. Tituli enim Graeci plurimos per libros variis linguis con-

scriptos edi solent. Atque praecipue in hoc libello conficiendo, in quo agitur de nonnullis titulis Atticis Euclide archonte antiquioribus, qui tituli inter annos 1873 et 1903 in unum volumen contracti sunt, in dies magis intellexi, quam necesse esset, ut nova materia, quae quotannis in nostra arte redundat, paulo brevioribus temporis intervallis in unum corpus colligeretur. Huius desiderii explendi cum multos invenirem fautores, aleam ieci atque Supplementum illud edere statui, ita nimirum, ut operam implorarem virorum doctorum, qui nostris diebus in arte epigraphica eminent. Eorum approbationem, qua se opus a me inchoatum adiuturos promiserint, atque egregiam voluntatem, qua promisso steterint, ita ut spe celerius primum Supplementi Epigraphici volumen edere potuerim, hoc loco gratissimo animo recordor. Remanserat tamen et pungebat scrupulus me eiusmodi opus laboriosissimum aggressum esse, priusquam specimen meum inaugurale absolvissem. Eo magis nunc gaudeo, quod in posterum toto et animo et corpore in Supplementum Epigraphicum incumbere potero.

NOTAE IN TEXTU ADHIBITAE:

$[\alpha\,\beta]$ = litterae suppletae, quae in lapide fuisse videntur.

$(\alpha\,\beta)$ = litterae emendatae, quae in lapide perperam incisae sunt.

$<\alpha\,\beta>$ = litterae deletae, quae a quadratario falso additae sunt.

$\dot{\alpha}\,\dot{\beta}$ = litterae incertae, sive quod in lapide satis dilucide cerni non possunt sive quod pars tantum earum exstat.

TABULA I



Phot. Petritsis

Fig. 1. Pactum cum Aeginetis.

I. — Fragmentum pacti, quod Athenienses inter a. 459/8 et 457/6 cum Aeginetis fecerunt.

Inv. n. 5573; olim in arce. Fragmentum tabulae marmoris Pentelici, a sinistra marginem servans. Alt. 0^{m} 19, lat. 0^{m} 18, crass. 0^{m} 105, alt. litt. 0^{m} 008, intervallum vers. circ. 0^{m} 003. Litterae στοιχηδόν dispositae. Vid. tab. I, fig. 1.

										⌞		⊢	
					ı	O	I	ϟ	A	I	Λ	I	
	A	K	O	P	∧	I	A	I	Δ	E	T	E	
	N	T	E	M			Φ	Y	⊢	A	K	E	
5	N	T	A	X	ϟ	Y	N	K	E	I	M	E	
	I	E	I	ϟ	I	N	A	Y	T	O	I	ϟ	/
	B	⊢	A	B	E	I	T	E	I	A	Θ	E	N
	O	N	M	H	⊓	E	M	A	I	N			E
	N	E	A	N	Δ	E	A	I	T	I	O	I	Γ
10	A	T	E	Y	E	ϟ	Θ	A	I	E	⊓	I	T
	K	E	ϟ	O	ϟ	E	ϟ	A	Y	T	O	I	⌐

.....[9]..... ε̣.λ̣ ----------
..[4]..τοῖς Αἰγι[νετ ---------- κ]-
ακοργίαι δὲ τε ----------
ν τὲμ [vv] φυλακὲ[ν ----------]
5 ν τὰ χσυνκείμε[να ----------]
ι εἰσιν αὐτοῖς, μ̣[εδὲ ---------- ἐπὶ]
βλάβει τε̃ι Ἀθεν̣[αίον ----------]
ον μὴ πεμαίν[vv] ε[ν ----------]
ν· ἐὰν δὲ αἴτιοι γ[ίγνονται ----- στρ]-
10 ατεύεσθαι ἐπὶ τ[---------- φυλα]-
κε̃ς? ὅσες αὐτοῖς ----------

Tabula, cuius non nisi haec parva particula reliqua est, aliquod pactum continuisse videtur, quod Athenienses cum Aeginetis fecerint. Quod pactum qua aetate initum sit, indicio sunt formae litterarum ⊢P ϟΥΦ, quae circiter inter annos 460 et 446 titulum lapidi incisum esse arguunt. Accuratius autem tituli aetatem definire possumus, res, quae ipsis illis annis gestae sunt, si reputabimus.

Longe sane abest, ut ad fragmentum parvi pretii illustrandum de toto illo spatio ab anno 480° usque ad annum 430um fusius disseramus, quamquam de rerum ea aetate gestarum ordine inter v. d. magnopere discrepare neque nos singula facta certo cuidam anno assignare posse, nisi de universis disputemus, non ignoramus. Forte autem fortuna evenit, ut de historia aetatis, qua hoc pactum factum esse opinamur, satis constet. Scimus enim Athenienses clade ad Tanagram accepta Cimonem quinto anno, postquam testarum suffragiis in exsilium eiecerant, revocasse [1]). Iam vero constat Cimonem eodem anno eiectum esse, quo Areopagi potestas deminuta est [2]), quod quidem Conone archonte, h. e. a. 462/1, factum esse testatur Aristot. *Ἀθ. Πολ.* 25, 2; primo autem vere testis in suffragium ire solebant [3]). Ex quo colligi potest pugnam Tanagraeam a. 457 commissam esse. Die autem sexagesimo secundo post hanc cladem Athenienses ad Oenophyta decertasse, deinde Boeotiam et Phocida in potestatem suam redegisse murosque longos perfecisse tradit Thucydides, qui pergit hisce: *ὡμολόγησαν δὲ καὶ οἱ Αἰγινῆται μετὰ ταῦτα τοῖς Ἀθηναίοις* [4]). Particulam huius pacti, aestate vel ineunte autumno anni 457 facti, nostrum fragmentum continere verba *τὰ ξυνκείμενα* (vs. 5) demonstrare videntur. Quo tempore autem Athenienses contra insulam Aeginam susceperint bellum, ad cuius finem nostrum pactum pertinere suspicor, inter auctores non convenit. Narrat enim Diodorus Athenienses Archedemida archonte, h. e. a. 464/3, Aeginam obsidere coepisse [5]), deinde Philocle archonte, h. e. a. 459/8, Peloponnesiis ad insulam Cecryphaleam profligatis Aeginetas „*καταπολεμῆσαι*“ constituisse idque mense nono eis contigisse [6]). Thucydides contra rectius tradit [7]) bellum Aegineticum post pugnam ad Cecryphaleam factam demum susceptum esse; tum Peloponnesii Atheniensibus Aeginam obsidentibus „*ἀμύνειν βουλόμενοι Αἰγινήταις ἐς μὲν τὴν Αἴγιναν τριακοσίους ὁπλίτας - - - διεβίβασαν* [8]), quos eosdem esse atque *τὴν φυλακήν*, cuius nostri fragmenti vs. 4 mentio fit, conicias. Praeterea, ut Atheniensium exercitus ab Aeginae obsidione recederet, Corinthii cum sociis in agrum Megarensem irruptionem fecerunt. Haec omnia uno eodemque belli anno gesta esse tabula demonstrat, qua

[1]) cf. Theopomp. frg. 92 M., ubi Cimon rediisse traditur *οὐδέπω πέντε ἐτῶν παρεληλυθότων*, et Nep. vit. Cimon. 3. 3: post annum quintum, quam expulsus erat, in patriam revocatus est. Vid. Swoboda, *R. E.* XI, 449 sq. [2]) cf. Plut. vit. Pericl. 9, vit. Cim. 17 et 15. [3]) cf. Aristot. *Ἀθ. Πολ.* 43. 5, Philoch. frg. 79*b* (= *F. H. G.* I. p. 396). [4]) I. 108. 2—4. [5]) XI. 70. 2—3, ubi defectionem Aeginetarum et Thasiorum confudisse videtur. [6]) XI. 78. 3—4. [7]) I. 105. 2. [8]) I. 105. 3.

nomina continentur tribulium Erechtheidis, qui hoc ipso anno Cypri, in Aegypto, in Phoenicia, ad Halias, Aeginae, Megaris ceciderunt [9]). Quem titulum, quamquam, cui anno assignandus sit, pro certo dici non potest, tamen circa annum 460 lapidi incisum esse litteraturae evincit ratio. Quapropter Diodoro Athenienses a. 459/8 expeditionem contra insulam misisse tradenti facile credideris. At id non quadrat cum illo mense *nono* et Diodorus hactenus erravisse videtur, siquidem, urbs Aegina ut ante aestatem anni 457 capta sit, omnino fieri non posse supra demonstravi. Fragmentum, de quo agimus, si non nobiscum ad pactum bello Aeginetico confecto compositum pertinere putes, utique tamen statueris uni ex his ipsis annis, 459-457, tribuendum esse.

Iam, de tituli contextu redintegrando cum desperem, de singulis tamen quaedam in medium proferre liceat.

Vs. 1: supra secundum iota versus sequentis reliquias litterae Ε dispicere mihi visus sum; in fine Ν satis certum est.

Vs. 2: suppleveris aut [τ]οῖς *Αἰγι*[νέτεσι], quam formam dat. plur. usque ad annum 420 in usu fuisse testatur Meisterhans, *G. A. I.*[3], p. 120, n. 12, aut potius [τ]οῖς *Αἰγι*[νετῶν] (si antecessit e. g. *χσυμμάχοις* vel tale quid), nam ethnicis in numero plurali non nisi raro articulus additur, cf. *G. A. I.*[3], p. 225, n. 14.

Vs. 2/3: ad vocem *κακουργίαν* conferri possunt verba Thucyd. II. 32: *ἐτειχίσθη δὲ καὶ Ἀταλάντη ὑπὸ Ἀθηναίων φρούριον --- τοῦ μὴ λῃστὰς ἐκπλέοντας ἐξ Ὀποῦντος καὶ τῆς ἄλλης Λοκρίδος κακουργεῖν τὴν Εὔβοιαν.*

Vs. 4: iam supra animadverti hoc praesidium fortasse idem esse atque trecentos illos Peloponnesios, quorum Thucyd. I. 105. 3 mentionem fecit; qui ut incolumes abirent, pactum fuisse conicias.

Vs. 4 sqq.: e. g. [*Αἰγινέτας δὲ μὲ παραβαίνε*]|*ν τὰ χσυνκείμε*[*να, μέτε αὐτὸς μέτε hόσοι χσύμμαχο*]|*ί εἰσιν αὐτοῖς, μ*[*εδὲ ---*]. Verba *τὰ χσυνκείμενα* ad „ὁμολογίαν" Aeginetarum cum Atheniensibus (cf. Thucyd. I. 108. 4) referenda esse censeo.

Vs. 7: collatis eis, quae in tit. IG I suppl. p. 20, 71, vs. 10 sq., optime suppleta esse videntur, scil. [*μεδὲ ἐς τὰ τ*]*είχε hυποδέχεσθα*[*ι*] *φρ*[*οράν ἐπὶ βλάβει τῆι Ἀθεναίον*], similia hic temptares, nisi teste Thucydide (I. 108. 4) Aeginetae se tradidissent „*τείχη τε περιελόντες καὶ ναῦς παραδόντες.*"

[9]) IG I 433 (vid. caput XVII[um]). — Solebant Athenienses mense Octobri vel Novembri si qui eo anno pro patria occiderant publico sumptu sepelire. Inscripta igitur erant in monumentis horum in honorem positis nomina omnium, qui proximo belli anno, ab autumno usque ad autumnum computato, ceciderant.

Vs. 8: verbi πημαίνειν 'vastare' (e. g. Herod. IX. 13: οὔτε ἐπήμαινε οὔτε ἐσίνετο γῆν τὴν Ἀττικήν) e titulis alterum exemplum afferre non possum, sed conferas velim haecce: IG I suppl. p. 14, 46^{b}, vs. 4 sq. (= Thucyd. V. 47. 2): *hόπλα δὲ μὲ ἐχσεῖναι* (Thucyd. ἐξέστω) *ἐπιφέρεν ἐπὶ πεμονῆι μέτε Ἀργείος - - - ἐπὶ Ἀθεναίος κτλ.* (similia Thucyd. V. 18. 4), IG II^{2} 105, vs. 23 sq.: *ὅπλα δ[ὲ μὴ ἐξεῖναι ἐπιφέρειν - - ἐπὶ] τ[ὴν] χώραν τὴν Ἀ[θηναίων ἐπὶ πημονῆι μήτε] κ[ατ]ὰ γῆν μήτε κ[ατὰ θάλατταν]*. Quibus verbis collatis tale quid temptaveris: *[τὲν δὲ χόραν τὲν Ἀθεναί]|ον μὴ πεμαίνε[ν Αἰγινέτας μέτε κατὰ γῆν μέτε κατὰ θάλαττα]|ν.* Ceterum notanda est forma Ionica litterae H pro vocali adhibita, cuius antiquissimum exemplum in decreto, alioqui Attica litteratura scripto, hucusque praebebat titulus anni 446/5 (*Syll.*^{3} 64$_{77}$, cf. Meisterhans, *G. A. I.*^{3} p. 4, not. 17).

Vs. 9/10: ad hos versus supplendos conferri possunt inter alia quae leguntur IG I suppl. p. 14, 46^{b}, vs. 8 sq. (= Thucyd. V. 47. 3): *[ἐὰν πολέμιοι ἴοσιν ἐς τὲν γῆν*[10]*) τὲν Ἀθεναίον, βοεθῆν Ἀργείος - - - τρόποι ὅτοι ἂν δύνονται ἰσχυρ]οτάτοι κατὰ τὸ δυνατόν*, IG II^{2} 14, vs. 4 sqq.: *[ἐάν τ]ις ἴηι ἐπ[ὶ πολέμωι ἐπ' Ἀθηναίος ἢ κατὰ] γῆν ἢ κατ[ὰ θάλατταν, βοηθῆν Βοιωτ]ὸς [π]αντὶ σθέ[νει καθότι ἂν ἐπαγγέλλωσιν] Ἀθηναῖ[οι κατὰ τὸ δυνατόν]* (similia ib. 15$_{4}$, 43$_{46}$, etc.). Forsitan igitur scribendum sit: *ἐὰν δὲ αἴτιοι γ[ίγνονται - - - στρ]|ατεύεσθαι ἐπὶ τ[ὸν δε̃μον τὸν Ἀθεναίον, βοεθῆν Αἰγινέτας κτλ.]*. Exeunte vs. 10 utrum Peloponnesiorum praesidii mentio fiat, an supplendum sit [*χσυνθέ*]*κες*, haud diiudicaverim.

[10]) ἴωσιν ἐς τὴν γῆν Thucyd., [ἴοσι ἐπὶ τ. γ.] Kirchh., iniuria, ut videtur, cf. *Syll.*^{3} 135, vs. 6, et praesertim ib. 151, vs. 2 sq. *ἴηι - - ε[ἰ]ς τ[ὴ]γ χώραν*: vs. 17 sq. *ἴηι - - ἐπὶ τ. χ.*

TABULA II



Phot. Röhrer

Fig. 2. Decretum de Colophoniis.

TABULA III



Phot. Petritsis

Fig. 3. Decretum de Colophoniis.

II. — Decretum de Colophoniis circiter inter annos 460 et 446 factum.

A.

Inv. n. 6564[a]; olim in arce. Fragmentum tabulae marmoris Pentelici undique mutilum, alt. 0^{m} 27, lat. 0^{m} 21, crass. 0^{m} 07; alt. litt. vs. 1-19 circ. 0^{m} 008-009, vs. 20 sqq. circ. 0^{m} 007; interv. vers. 0^{m} 001-003. In lapide atramento adscriptum est: εἰς IG I 13, quod factum esse auctore v. cl. Ad. Wilhelmo musei catalogus ineditus nos docuit. Quamquam, quid de hoc titulo hodie censeat Wilhelm, nescio, tamen fragmenta haud temere ab eo inter se composita esse et mihi videntur. Etenim non solum utriusque lapidis aspectus fere idem est crassitudoque fere par, sed exhibet etiam novum fragmentum a dextra fracturam rimamque, quae in IG I 13, si infra adiunxeris, continuari videntur. Tum utriusque fragmenti argumentum spectat ad Colophonios. Quapropter nostrum lapidem cum IG I 13 coniungendum esse satis constat.

Minus constat, quaenam ratio inter ambos titulos intercedat. Nam multarum litterarum formae in nostro fragmento prorsus differunt a formis in IG I 13[1]). Exhibet enim fragmentum nostrum in superiore quidem parte (vs. 1-19) formas N (rectis hastis), Y, Φ, Ψ (nota formam Ionicam in decreto Attico hic primum obviam, cui aliquatenus respondere videntur formae Ionicae \/ et \|/ in IG I 13), IG I 13 formas /\/ (hastis paululum inclinatis), \/, Φ, \|/; praeterea in nostro fragm. pleraeque litterae paulo altiores, melius incisae, artius inter se dispositae sunt quam in IG I 13. Conicias igitur titulum IG I 13 postea ab alio lapicida, qui vetustiorum formarum amantior fuerit, exaratum fuisse. A quo versu nova manus incipiat, parum liquet. Animadvertas autem velim in nostro fragmento inde a vs. 20 litteras paulo breviores esse — nam circ. 0^{m} 007 altae sunt, reliquae circ. 0^{m} 008-009 — atque inde a vs. 19 (an iam ab 18?) litteram /\/ obliquis hastis scriptam. Quibus consideratis alterum lapicidam inde a vs. 19-20 fere inchoavisse suspicio mihi orta est[2]).

---

[1]) huius tituli litterae c. 0^{m} 007-008 altae sunt. Quod ad litterarum formas attinet, vid. tab. III, fig. 3. [2]) relego legentes ad imaginem phot. tab. II, fig. 2. Multae autem litterae in ultima nostri fragmenti parte tantopere attritae sunt, ut genuinae formae saepe vix dispici possint. Accedit, quod vs. 19-24 praeter litteram /\/ nullam ex illis litteris (Y, Φ, Ψ) exhibent, quae rem decidant.



...c. 9... *αι Τριοπίο ε* ----------
[.. *ψέφ*]*ισμα γένεται, ὃς* [----------*ἐ*]-
[*ν τούτ*]*οι τῶι χρόνοι δὲ* /----------
[. *τῶν Κο*](*λ*)*οφονίον καὶ τῶ*[*ν Διοσιριτῶν*? --- *τε*]*ς*? *Ἀθεναί*[-
[*ας τε*]*ς*] *Ἀθενῶν μεδεόσ*[*ες* ----------]
...c. 5... *α δ' ἐκένο τῶι βο*[*λομένοι*? ----------]
...c. 5... *Κολοφονίον ἱ*[*ερ*? ----------]
...6... *δὲ γένεται ἐπ* ----------
[*Ἀθεν*]*αῖοι*(?), *ἐὰμ μέ τις αὐ*[*το* ----------]
[...] *οἱ δ' αἱρεθέντες πέ*[*ντε ἄνδρες πλεύσαντες ἐς Κολοφῶν*]- 46
[*α τ*]*ά τ' ἐψεφισμένα φρο*[*ντισάντον, ὅπος ἂν γένεται, καὶ ἐπι*]- 45
[*μελ*]*εθέντον, ὅπος ἂν* [*ὀμόσοσι*?----------]
...*ερες μετὰ τῶ δέμ*[*ο τῶ* ----------]
[*τῶν*] *ἱερῶν τῶν παρ' α*[*ὐτοῖς· τῶν δὲ αἱρεθέντον ἀπολαμβαν*]- 44

[ἑτο] ἕκαστος τῆς ἐμ[ἑρας ἑκάστες ἐς ἐφόδια δραχμὰς e. g. τρῆ]- 44
[ς· τὸ] δὲ ἀργύριον ὀφε[λόντον τὸ ἐς ταῦτα αὐτοί τε Κολοφόν]- 45
[ιο]ι καὶ Διοσιρῖται ----------
[.. Κ]ολοφονίον μ ----------
[γέν]εται ὅ,τι ἂν δί[καιον? ----------]
.c. 6. ἑκαστο ----------
...ὅταν δὲ γέ[νεται? ----------]
[τὰ ὀ]νόματα? ----------
[. το]ῖς δὲ Κ[ολοφονίοις? ----------]
.c. 4. οι ----------

B (= IG I 13).

Alterum fragmentum in hunc fere modum supplendum esse censeo[3]):

.c. 6. οι ν[---------- ἐν]
[Κολοφ]ῶνι Α Ο Ϲ ----------
c. 4. νας Ι ε ----------
[. — Τὸ] δὲ ψέφισμ[α τόδε ἀναγραψάτο Ἀθενέσι μὲν ὁ γραμ]- 41
[μα]τεὺς ὁ τῆς β[ολῆς ἐστέλει λιθίνει ἐμ πόλει τέλεσ]- 41
[ι τ]οῖς Κολοφο[νίον· ἐν δὲ Κολοφῶνι αὐτοὶ Κολοφόνι]- 41
[οι] ἀναγράψαν[τες καταθέντον, ὅπο ἂν κελεύσοσιν οἱ] 41
οἰκισταί. — Κατὰ [τάδε Κολοφονίος ὀμόσαι, καθ' ἃ Κολοφ]- 41
ονίον ὁ νόμος [κελεύει, κατὰ ταῦτα ὀμνύντας· δράσο καὶ ἓ]- 44
ρῶ καὶ βολεύσ[ο ὅς ἂν δύνομαι ἄριστα καὶ δικαιότατα πε]- 44
ρὶ τὸν δῆμον τ[ὸν Ἀθεναίον καὶ τὸ πλῆθος τῶν χσυμμάχ]- 42
[ο]ν, καὶ οὐκ ἀποστ[έσομαι ἀπὸ τῶ δέμο τῶ Ἀθεναίον οὔτε] 42
[λ]όγοι οὔτ' ἔργ[οι οὐδὲ τέχνει οὐδὲ μεχανῆι οὐδεμιᾶι], 42
[κ]αὶ φιλέσο τὸ[ν δῆμον τὸν Ἀθεναίον καὶ οὐκ αὐτομο]- 40
λέσο, καὶ δεμο[κρατίαν οὐ καταλύσο τὲν νῦν ὄσαν οὔτ' α]- 42
ὐτὸς ἐγὸ οὔτ' ἄ[λλοι πείσομαι, καὶ οὐκ ὀφελέσο e.g. στρατευό]- 44
μενος πόλιν ο[ὐδεμίαν ἄνευ τῆς γνόμες τῆς Ἀθεναί]- 40
ον· ἀλεθῆ [τ]αῦτ[α καὶ φυλάχσο καὶ ἐμπεδορκέσο νὲ τὸν] 41
[Δ]ία καὶ τὸν Ἀπό[λλο καὶ τὲν Δέμετρα, καὶ εἰ μέν τι τούτο]- 43
[ν] παρ[α]β(α)ίνοιμ[ι, ἐχσόλες εἴεν καὶ αὐτὸς ἐγὸ καὶ τὸ γ]- 41
[έ]νος τὸ ἐμὸν [ἐς τὸν ἅπαντα χρόνον· εὐορκοῦντι δὲ εἴε] 41
μοι πο[λ]λὰ καὶ [ἀγαθά].

[3]) v. cl. A. M. Woodward, qua est comitate, per litteras me edocuit lapidem a sinistra parte tantum non integrum esse neque ante litteram Γ vs. 15 ullam aliam litteram exaratam fuisse. Idem vir clarissimus me certiorem fecit v. 13 in voce ἔργοι sub littera Ρ formam litterae Τ dispici posse videri atque litteram Λ mollius exaratam esse, unde suspicari liceat lapicidam prius ΟΥΤΕΤΕΧΝΕΙ insculpere voluisse.

Quod sibilantis litterae forma vetustior ϟ constanter adhibetur, certissimum indicium est totum decretum anno fere 446 non esse recentius. Neque vero multis annis antiquius haberi potest, cum in novo fragmento, h. e. in superiore tituli parte, aliarum vetustiorum formarum, quales sunt A, B, R, Φ, nullus iam usus sit, sed adhibitae sint formae A, B, P (formae rotundae, non angulares), Φ. Quapropter decretum circiter inter annos 460 et 446 factum esse conicio. Huic opinioni sane repugnant quae de aetate alterius fragmenti (IG I 13) monuit Kirchhoff, qui hunc titulum ad eandem fere aetatem atque titulos IG I 9-11 [4]), h.e. ad Cimoniam fere aetatem, referendum esse putat. At, quamquam litteratura tituli IG I 13 paulo vetustiorem speciem ferme exhibet, tamen praeter formam litterae caninae R semel usurpatam atque eam rotundam, non angularem (vs. 20; ter occurrit forma P), nullum aliud hic invenies remotioris antiquitatis certum indicium. Accedit, quod figura litterae V, alibi rarissima, sed IG I 13 obvia, in eis praesertim decretis occurrit, quae circiter a. 446 scripta sunt [5]). Neque ulla e ceteris litteris aetatem multo vetustiorem indicare videtur [6]).

Iam vero exploremus, quid ex exiguis reliquiis de tituli argumento colligi possit. Hoc iam statim apparet decretum pertinere ad Colophonios (cf. A vs. 4, 7, 18, 23?, B vs. 6, 8/9), fortasse etiam ad Diosiritas (cf. A vs. 17). De harum civitatum historia perpauca nota sunt. Fuit Διὸς ἱερόν parvum oppidum prope Colophonem situm [7]), cuius incolae ad societatem Atheniensium se applicaverant [8]). Decretum adhuc exstat [9]), quod parte posteriore saeculi Vi Athenienses de eis

---

[4]) hos titulos Wilamowitz, qui de IG I 13 tacet, tribuit annis 470—467, cf. *Aristoteles und Athen* II, p. 300. — Busolt, quae *Griech. Gesch.* III 1, p. 225 not. 5 de IG I 13 observavit, reiecit in Addendis, p. 590.

[5]) hanc formam notavi in titulis IG I suppl. p. 8, 22*b* (= v. Scala, *Staatsverträge* n. 56; c.a. 446), ib. p. 9, 27 (= Hicks-Hill 39; a. 447), ib. p. 140, 26*a* (= Syll.³ 62; c.a. 447).

[6]) forma N hastis obliquis usque ad annum fere 425 occurrit. Forma Ionica \|/ praeterquam in hoc decreto non nisi in vasis invenitur, cf. Kretschmer, *Vaseninschr.* p. 104. Litterae lambda forma inusitatior nullum certum aetatis indicium praebet, quippe quae diversissimis temporibus lapicidarum lubidine adhiberi soleat, cf. IG I suppl. p. 49, 477*f* (saec. VI), ib. p. 8, 22c (c. a. 446), I 58 (c. a. 410/9), etc. Ceterum moneo posse videri nostrum titulum ab eodem lapicida incisum esse, qui exaraverit decretum de Chalcidensibus a. 446/5 (*Syll.*³ 64), ubi formae ⊬ et ∠, N et N, P et R promiscue adhibitae sunt.

[7]) cf. Bürchner, *R.E.* V. 1084, 2; oppidum commemoratur e. g. Thucyd. VIII. 19. 2.

[8]) cf. tabulas Hellenotamiarum IG I 226 (Διοσερῖται), 227, 230, 231, 233, 238, 240 etc. De his tabulis vid. caput XIVum.

[9]) IG I suppl. p. 195, 116², ubi vs. 10 procul dubio oppidum Διὸς hιερόν intelligendum est.

fecisse videntur, sed status eius admodum mutilus, quid sibi voluerit quominus perspiciamus, impedit. Neque diligentius novimus historiam urbis Colophonis, cuius rudera ad vicum hodiernum Deïrmenderé supersunt [10]). Fuit haec quoque una e civitatibus foederatis Atheniensium, cuius incolae in Hellenotamiarum tabulis inde ab initio, h. e. ab anno 454, identidem occurrunt [11]). Plerique autem socii post pugnam, quae ad Eurymedonta, fortasse a. 465, certe non ante a. 466 [12]), facta est, in subditorum condicionem redacti erant, quibus Athenienses sive statu rei publicae immutato sive cleruchia deducta praesidiove collocato, prout visum erat, imperabant. Tale aliquid factum esse Colophoniis atque huc pertinere decretum, de quo agimus, coniectura assecutus sum, quamquam multa opera frustra consumpta ne sic quidem tituli argumentum plane me perspexisse affirmaverim. Attamen lubet unam alteramque perpendere interpretationem, quo facto spero fore, ut aliis — si qui erunt huius libelli qualiscumque lectores — ansam praebeam tituli ita supplendi, ut, quid sibi velit, certius pateat.

Fieri potest, ut reliquias hic teneamus decreti de Colophoniorum civitate, postquam Atheniensibus fuerit subiecta, ad popularis imperii normam redigenda. Urbem Colophonem, cui planities adiecta erat, ubi equi alebantur [13]) — illustres fuerunt equites Colophonii [14]) —, locupletiores optimatesque gubernavisse idque Atheniensibus parum placuisse conicias. Hi nimirum alteri civium parti novis rebus studenti — nam semper in civitatibus Graeciae antiquae, sicut nunc in regno Graecorum, duae erant partes, quarum altera στάσιν moliebatur — favebant, cui parti rem publicam tradere studebant. Quod prospere eis evenisse testatur frg. B vs. 15, si modo verbis καὶ δημο[κρατίαν οὐ καταλύσω τὴν νῦν οὖσαν] suppletis huius versus sententiam recte restituimus. Itaque facile assentimur Wilamowitzio statuenti [15]) οἰκιστάς illos, quorum

[10]) cf. Bürchner, *R.E.* XI, 1114 sq. Anno 1921 Americani urbem celeberrimam eruere et investigare coeperunt, cf. *Art and Archaeology* XIV 1922, p. 256-260 cum imaginibus photographicis.

[11]) IG I 226, 227, 228, 229, 234, 238, 240, etc.

[12]) de hac pugna cf. praeter opera de historia Graecorum nostris diebus conscripta, quae nemo ignorat, Swoboda, *R.E.* XI, 445.

[13]) cf. Heraclid. *F.H.G.* II p. 218, n. XXII: ἱπποτρόφοι δ' εἰσὶν (sc. Magnetes), ὃν τρόπον καὶ Κολοφώνιοι, πεδιάδα χώραν ἔχοντες.

[14]) cf. Strab. XIV. 1. 28. In quibusdam nummis Colophoniis figura equitis expressa est, cf. Head, *Hist. Num.*² p. 570.

[15]) *Philol. Untersuch.* I 1880, p. 86: „Kolophon hat gleichzeitig mit Erythrai eine staatliche neuordnung durch eine athenische 'Ansiedelungscommission', οἰκισταί, erhalten". Vox οἰκιστής nonnumquam magis ordinatorem quam conditorem civitatis significat, e. g. Thucyd. III. 34, Plat. Rep. p. 379 A.

mentio fit IG I 13 vs. 8, novas rei publicae leges constituisse. Eiusmodi decretorum, quibus Athenienses urbium foederatarum res publicas constituebant, haud pauca exempla exstant; praeter decretum a. 450/49 de Milesiis factum [16]), cuius argumentum in tot litterarum iactura minus perspicuum est, conferas velim decretum, quod de rebus Erythraeorum c. a. 460 Athenienses fecerunt [17]). Non solum formula iurisiurandi, quo Erythraeorum senatus adactus est, subsimilis est formulae iurisiurandi, quod iurant Colophonii in nostro decreto B vs. 9 sqq., sed etiam initium illius decreti, ubi agitur de rebus divinis [18]), dignum est, quod cum nostro conferatur. Fieri enim potest, ut nostri decreti A vs. 4 sqq., ubi mentio fit τῆς Ἀθηναίας τῆς Ἀθηνῶν μεδεούσης, ad sacra quaedam pertineant, quae Colophonii Minervae facere deberent. Quod autem Busolt etiam ad Notiorum rei publicae statum ordinandum titulum IG I 13 pertinere censet [19]), hoc mihi minus probabile videtur. Immo de Diosiritis agi ex novi fragmenti vs. 17 intelligitur. Iam, ut quid sentiam pateat, conferas velim quae de rebus a. 428/7 gestis Thucydides tradidit [20]). Nam eo anno Athenienses duce Pachete, quem pars eorum Colophoniorum, qui a civibus eiecti Notium confugerant, arcessiverat, Notium ceperunt atque oppido hisce Colophoniis tradito paulo post „οἰκιστὰς πέμψαντες κατὰ τοὺς ἑαυτῶν νόμους κατῴκισαν τὸ Νότιον, ξυναγαγόντες πάντας ἐκ τῶν πόλεων, εἴ πού τις ἦν Κολοφωνίων“ [21]). Hisce collatis suspicor ad eiusmodi aliquid nostrum decretum referendum esse: pars, puta, Colophoniorum Διὸς ἱερόν confugerunt; hos exsules Athenienses Colophonem reduxerunt; quo facto legatos (οἰκιστάς) miserunt, qui eorum exsulum auxilio Colophoniorum rem publicam ad popularem rationem redigerent, atque fortasse etiam Diosiritarum civitatem ordinarent.

Huic interpretationi alteram opponere lubet, quam primus proposuit

[16]) IG I suppl. p. 6, 22 *a*; cf. Busolt, *Griech. Gesch.* III 1, p. 231, not. init. [17]) IG I 9 = *Syll.*³ 41. [18]) sequimur restitutionem Hilleri, quam invenies *S.E.G.* I. 2. [19]) *op. cit.* III 1, p. 419, not. init.: „indessen die οἰκισταί hatten unzweifelhaft mit der staatlichen Neuordnung von Kolophon und der Konstituierung einer autonomen Gemeinde in dem bisher zu Kolophon gehörenden Notion zu thun". [20]) III. 34. [21]) ad has res gestas pertinere decretum IG I 36, quo Athenienses civem quendam Colophonium laudant, recte intellexit Kirchhoff. Cuius decreti nonnullos versus restituere vel corrigere posse mihi visus sum; legendum censeo: vs. 3/4 Ἀντιχ[λέ]ς εἶπεν·] (Kirchh. - κλέες εἶπε), 5 [ἐπαινέσαι δὲ] (de ἐπαινεῖν c. dat. cf. Meisterhans, *G.A.I.*³ p. 211, n. 37), 6 [ἀνέρ ἐστιν], 8 [Διὸς hιε]ρῶ?? ἐπιμ., 10/11 καὶ [τὸς στρατεγὸς τὸς] ἀεὶ ἐόντας (cf. *Syll.*³ 158, vs. 17/8), 14/15 καὶ τὲμ βολὲ[ν καὶ ἐς? τὸν δε̄μον π]ρότοι, 19 sqq. [κ]αὶ ἐάν τις τού|[τον τι παραβαίνει, ἐχσόλες εἶε καὶ αὐ|τὸς καὶ τὸ γένος τὸ αὐτο̄].

Loeschcke [22]). Qui vir doctissimus recte observavit Athenienses saepe civitatum foederatarum tributa deminuisse, si quo cleruchiam deduxissent [23]). Inde profectus, quia Colophonii a. 453/2 tria talenta, a. 446/5 unum talentum tria milia drachmarum tributum pependerunt [24]), hoc anno cleruchos Colophonem missos esse coniecit [25]). Quamquam etiam aliis de causis Athenienses sociorum tributa nonnumquam deminuerunt neque ex levato alicubi tributo cleruchiam ibi collocatam esse efficiamus necesse est, tamen alia argumenta non prorsus desunt, quibus Loeschckii coniectura commendari possit. Moris enim fuit, cleruchis cum agri distribuebantur, partem consecrare deis [26]). Iam vero Sami nuper duo termini inventi sunt, quorum alteri attice inscriptum est: [*hó*]*ρος : τεμέ*[*νος Α*]*θεναίας Αθενῶν μεδεόσες*, alteri ionice prorsus idem [27]), unde apparet quosdam agros in insula Samo, ab Atheniensibus nimirum, deae Minervae consecratos fuisse. Hos titulos positos esse, postquam Athenienses a. 440/39 insulam expugnaverunt [28]), coniecit editor Schede. Quae coniectura si recta est [29]), suspicari licet Athenienses a. fere 440/39 cleruchos Samum misisse, sicut a. 365,

[22]) *De titulis aliquot atticis quaestiones historicae* 22,1; ipse hunc librum inspicere non potui, sed provoco ad Busoltium, *op. cit.* III 1, p. 418, not. 1.

[23]) idem docuit E. Cavaignac, *Études sur l'histoire financière d'Athènes au Ve siècle* p. 63, ubi tabulas tributorum a. 450 minutorum composuit.

[24]) cf. IG I 227 IV_2 cum 234 I_{10}.

[25]) moneo autem in tabulis Hellenotamiarum inter annos 453 et 446 conscriptis Colophoniorum aut nomen aut summam sexagesimae tributi aut et nomen et s. sexag. periisse. Quare eorum tributum utrum a. 450 levatum sit an 446, pro certo dici non potest; utroque enim anno multarum civitatum tributa deminuta sunt.

[26]) cf. Thucyd. III. 50. 2; Aelian. V. H. VI. 1: *Αθηναῖοι κρατήσαντες Χαλκιδέων κατεκληρούχησαν αὐτῶν τὴν γῆν - - -, τεμένη δὲ ἀνήκαν τῇ Αθηνᾷ*

[27]) *S.E.G.* I 375, 376; alterum titulum (376) circiter inter a. 411 et 404 scriptum esse censet editor. Tertium eiusdem tituli exemplar invenies *C.I.G.* 2246 (= *S.G.D.I.* 5701), quem cippum post a. 365 demum positum esse putavit Boeckh, exeunti saec. V° rectius attribuit Schede.

[28]) de rebus ea aetate gestis cf. Thucyd. I. 115 sqq.

[29]) equidem dubito. Nam rectissime observavit Preuner ap. Schedium in titulo vetustiore (375) formam litterae Λ (i. e. Δ) eandem esse, qua in multis vasis usus est Duris vasorum pictor celeberrimus, quem priore parte saec. Vi floruisse constat (cf. Robert, *R.E.* V, 1856 sqq.). Accedit, quod lapicida formis antiquioribus ꟾ et ϟ usus est. Quapropter hunc titulum post a. 446 scriptum esse veri dissimilius mihi videtur. Neque magis Belochio assentiendum videtur, qui *Griech. Gesch.* II² 1, p. 197, not. 1, titulos *B. C. H.* VIII 1884, p. 160: *hόρος τεμένος Ἴονος Αθένεθεν* et *I.G.A.* 8 (cf. Kirchhoff, *Abh. Akad. Berlin* 14 Dec. 1876, p. 67, Schulthess, *R.E.* XI, 819, n. 7): *hόρος τεμένος ἀπονυμον Αθεννη*[*ι*]*ν*, ad a. 440/39 rettulit. Nam hos quoque terminos anno 446 antiquiores esse puto. Nonne fieri potest, ut Athenienses quosdam agros Sami habuerint, ubi frumentarentur? Nam Samus erat statio classis Atheniensium.

cum insulam iterum expugnavissent, cleruchos eos misisse pro certo constat [30]). Itaque etiam nostri fragmenti versus 4 et 5, ubi dea Minerva eisdem verbis atque in cippis illis designatur, cleruchiae Colophonem deductae aliquam suspicionem movere possint [31]). Tum huius cleruchiae mentio latere potest in decreto mutilissimo, paulo ante a. 446 facto, quod ad Colophonios pertinere satis constat [32]). Cuius decreti frg. *b* vs. 4 hoc modo supplere possis: [*τοῖς Ἀθεναίοις τοῖς οἰκῶ*]*σιν* (vel *κατοικῶσιν*) *ἐν Κολ*[*οφῶνι*]. Hanc restitutionem incertissimam esse concedo, sed conferas velim decreta cleruchorum Atticorum posterioris aetatis, ubi cives Athenienses in cleruchiam deducti similiter designantur, e.g. *ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων* [33]) *τῶν ἐν Δήλῳ κατοικούντων* [34]), *οἱ οἰκοῦντες ἐμ Μυρίνει* vel *οἱ ἐμ Μυρίνει οἰκοῦντες πολῖται* [35]), *οἱ ἐν Ἡφαιστίαι οἰκοῦντες* [36]). Denique quaeri potest sitne cum Loeschckio putandum voce *οἰκιστῶν* cleruchiae deducendae praefectos denotari. Saeculo quidem quarto eos *κληρουρχάρχους* dictos esse intelligi potest e titulo a. 365/4, quem edidit J. Sundwall, *Ath. Mitt.* XXXV 1910, p. 37 sqq., ubi legimus col. II vs. 50 sq.: *τριήρες ἐξέπλευσαν ἐπὶ Εὐκτή*[*μονος Λου-*?] *σι*(*έως*), *Εὐθίο Σουνι*(*έως*) *κληρ*[*ο*]*χ*[*α*]*ρχόντων*. Attamen nescio an alio quoque nomine cleruchiae praesides designatos fuisse e testimoniis posterioris aevi colligi possit. Coloniae enim militares, quas Alexander Magnus eiusque successores, praesertim Seleucidae et Ptolemaei, in multa loca deduxerunt, *κατοικίαι* dicebantur [37]), quarum duces *κατοικιστάς* dici potuisse elucet [38]). Tum coloniae Romanae apud scriptores Graecos, qui de rebus Romanis agunt, graece redduntur per voces *κατοικίαν* [39]) vel *κληρουχίαν* [40]). Viri autem, qui colonias deducerent aut

[30]) cf. Beloch, *Griech. Gesch.* III² 1, p. 194, III² 2, p. 245 sq.

[31]) simili oratione poetica utuntur cleruchi Athenienses Myrinam incolentes, qui c. a. 166 nescio quid consecraverunt *τεῖ* [*Ἀθηνᾶι τεῖ ἀρχηγέτιδι καὶ σωτείραι τ*]*ῆς πόλεως*, si modo IG II² 1224 *a b* vs. 6 sq. haec verba recte suppleta sunt (similia leguntur *Syll.*³ 400, vs. 16 sq.).

[32]) IG I 23. Alterum decretum, quod in eiusdem lapidis latere averso inscriptum est (IG I 24), Colophoniorum honores continuisse apparet, si modo titulum IG I 70 cum hoc lapide coniungendum esse recte animadvertit Wilhelm, *Jahresh.* I 1898, *Beibl.* p. 44.

[33]) cleruchi enim non sicut coloni, qui novam rem publicam constituebant, cives Athenienses esse desinebant. Cf. Schulthess, *R.E.* XI, 814 sqq., qui post multos alios, quid intersit inter cleruchiam et coloniam, optime explicavit.

[34]) Roussel, *Délos Colonie Athénienne*, p. 43 et 51.

[35]) IG II² 1224 *a b*, vs. 5, 21/2. [36]) ib. 1223 *b*, vs. 3 sq. [37]) huius rei uberrima testimonia collegit Oertel, *R.E.* XI, 1 sqq. [38]) eo magis miror, quod vocem *κατοικιστήν* nusquam repperi, nisi ap Hesych. *ἀποικιστής· κατοικιστής*.

[39]) e.g. Plut. Anton. 16. 6, Strab. V. 3. 9. (p. 237), 4. 11 (p. 249), VI. 2. 5. (p. 272),

[40]) e.g. Plut. T. Flam. 2; cf. Dion. Cass. XLVIII. 6. 1.

veteranis agros assignarent, per vocem οἰκιστάς significantur [41]). Quibus perpensis, quominus putemus cleruchiarum quoque praesides etiam οἰκιστάς vel κατοικιστάς hic illic denominatos fuisse, nil obstare videtur.

Verum tamen omnibus consideratis Loeschckius cleruchos Colophonem deductos esse statuens nimis infirmis fundamentis insistere mihi videtur.

Haec postquam exposui, de singulis versibus iam pauca adnotare velim.

A.

Vs. 1: lectio admodum dubia. Secunda littera primo aspectu Ⱶ esse videri possit, sed obliquam eius litterae lineam potius rimulam esse lapidis puto, nam cetera lambda in hoc titulo paulo inclinatiora sunt. Civis aliquis Atheniensis ideo *Τριόπιος* vocatus esse potest, quia circa diem natalem ad Triopium paeninsulae Cnidiae promuntorium victoria ab Atheniensibus esset reportata. Ceterum, utrum de homine quodam, an de ipso promuntorio agatur, non liquet. Denique moneo *Γλαυκοπίο* omnino legi non posse.

Vs. 3: septima huius versus littera in imagine photographica speciem exhibet ꟾ, sed ectypum dilucide habet Ρ; ultima littera non Μ sed Λ fuisse videtur.

Vs. 4: errore lapicidae factum est, ut Δ incideretur pro eo quod debebat Ⱶ.

Vs. 4/5: Diosiritas dubitanter supplevi e vs. 17; de articulo satis pro certo suppleto cf. quae notavi ad n. I vs. 2 et infra ad B vs. 6. Verba ἡ Ἀθηναία ἡ Ἀθηνῶν μεδέουσα poetico more adhibita optime illustrantur versibus Aristophanis in Eq. 581 sqq., ubi Minerva hisce a poeta invocatur: ὦ πολιοῦχε Παλλάς, ὦ τῆς ἱερωτάτης ἁπασῶν πολέμῳ τε καὶ ποιηταῖς δυνάμει θ' ὑπερφερούσης μεδέουσα χώρας. Praeter terminos illos Samios, de quibus supra dixi [42]), conferri iubeo decretum Atticum paulo post a. 394/3 factum, quo Carpathii laudantur, quod: ἔδοσα[ν τὴγ κυπάριτ]τον ἐπὶ τὸν νε[ὼν τῆς Ἀθηναί]ας τῆς Ἀθηνῶμ μ[εδεόσης] [43]), intellige τὸν ἀρχαῖον νεών, h. e. Erechtheum, quod postea dicebatur [44]). At haec verba quid in nostro contextu sibi velint, haereo.

Vs. 6: in fine ex lapide exscripsi ΕΝ, sed ΒΟ testatur ectypum.

[41]) e.g. Plut. T. Flam. 1, Appian. B. C. V. 14. 55, 58. [42]) haec iam erant scripta, cum legi quae de his titulis disseruit F. von Duhn, *Ath. Mitt.* XLVI 1921, p. 70 sqq., qui et ipse locum Arist., quem supra laudavi, huc rettulit.

[43]) IG XII 1, 977 (= *Syll.*³ 129), vs. 8 sqq. [44]) cf. infra p. 76 sqq. Minus recte v. cl. v. Duhn, *l.c.*, Hecatompedum, quod dicitur, designari censet.

Vs. 7: ultima littera utrum I fuerit an Γ, incertum est.

Vs. 10 sqq.: agi videtur de quinque viris ab Atheniensibus creatis — eidem sunt nimirum, qui *B* vs. 8 *οἰκισταί* appellantur —, qui inter alia munera etiam Colophonios, fortasse item Diosiritas, iureiurando adigerent. Solebant Athenienses, si quid iureiurando confirmandum erat, legatos creare, plerumque numero quinque, qui hoc iusiurandum acciperent. Cuius rei e tot exemplis in titulis conservatis [45]) nonnulla afferam ad supplementa mea sane dubia illustranda: *Syll.*³ 142, vs. 32 sqq.: *ἑλ[έ]σ[θαι δὲ πέντε ἄνδρας, οἵτι]νες πλεύ[σαντες ἐς Χίον ὁρκώσουσι τὴμ] πόλιν [τὴν Χίων]*, ib. 64, vs. 45 sqq.: *hοίτινες δὲ ἐχσορκόσοσι ἀφικόμενοι ἐς Χαλκίδα ἑλέσθαι τὸν δεμον πέντε ἄνδρας*, IG II² 116, vs. 20 sqq.: *ὅπως δ' [ἄ]ν καὶ Θετταλοὶ ὀμόσωσι τῆι π[όλ]ει, ἑ[λ]έσθα[ι τὸ]ν δῆμον πέντε ἄν[δρ]ας κτλ.*

Vs. 9: secunda littera nescio an fuerit T; si fuit T, superlativi hic latitare conicias casum dativum (e. g. *ἐπιφανεστάτοι*).

Vs. 11: loco [*γένεται*] etiam supplere possis [*τέλος ἔχει*] vel [*τελεσθῆι*] vel simile quid. Non est, cur offendas in *τά τ' ἐψεφισμένα* pro genetivo.

Vs. 13: prima littera utrum T fuerit, an E, diiudicare non potui.

Vs. 15: verba *ἕκαστος τ̄ς ἐμ[έρας ἑκάστες]* quin recte suppleta sint, vix dubitari posse existimo. De legatorum viatico agi verisimillimum est; e.g. conferri possunt quae leguntur *Syll.*³ 581, vs. 26 sqq.: *διδόντων ἑκάστῳ ἀνδρὶ* (nempe legato misso) *Ῥόδιοι ἑκάστας ἁμέρας ἐννέ' ὀβολοὺς Ῥοδίους*. Accipiebant autem legati ea fere aetate, qua hoc decretum factum est, in singulos dies viaticum binarum vel ternarum drachmarum [46]). Veri dissimilius est agi de multa Colophoniis irroganda, si quid ad tempus facere intermisissent; cf. e. g. *Syll.*³ 1217, vs. 8 sq.: *ἢν δὲ μὴ ἐπιμέλωνται, ὀφείλεν αὐτοὺς τῆς ἡμέρης ἑκάστης κτλ*, ib. 981, vs. 5 sqq.: *ἐὰν δὲ μὴ - - -, ἀποτ[ίνει]ν αὐτὸν τῆς ἡμέρας ἑκάστης κτλ.*

Vs. 19: in fine aut ΔI aut MI aut ⊦V scriptum fuisse videtur.

Vs. 19 sqq.: nonnullae litterae adeo attritae sunt, ut vix dispiciantur. Iam supra monui litterarum inde ab hoc fere versu aliam esse speciem, fierique posse, ut ea, quae sequuntur, ab alio lapicida adiecta sint, quem etiam titulum IG I 13 insculpsisse conicias. Vs. 20-21 forsitan hoc modo supplendi sint: [*ὁ δεῖνα εἶπεν· τὰ μὲν ἄλλα καθάπερ τεῖ βολ|ῆι*], *ὅταν δὲ κτλ.* Reliqua non tetigisse satius erit.

---

[45]) cf. Larfeld, *Handbuch* II, p. 691 sq.

[46]) cf. Boeckh, *Staatshaush.* I³ p. 303, qui affert Arist. Ach. 66 et 602. Locos in titulis, ubi viatici mentio fit, enumeravit Larfeld, *op. cit.* p. 691 sq.

B.

Initium huius fragmenti quid sibi velit, tot litteris amissis iam non constat. Inde a vs. 4, quae fuerint decreti partes, haud difficile discerni potest: usque ad priorem partem vs. 8[1] agitur de titulo et Athenis et Colophone in lapidem incidendo; sequitur formula iurisiurandi, quo Athenienses Colophonios adegerunt. Latitudo lapidis quanta fuerit quamquam certa ratione definiri nequit, tamen sententiarum continuus tenor satis diligenter restitui posse videtur, si lapicidam singulos versus litterarum plus minusve quadragenarum binarum fecisse sumpseris.

Vs. 1: Koehler hoc versu nihil legit; equidem ante Ν, quod iam exscripsit Velsen, duarum aliarum litterarum vestigia dispicere mihi visus sum. Supra hunc versum aliae quidem litterae in lapide exstant, sed obscuriores, quam ut quicquam pro certo affirmare possim.

Vs. 3: quarta littera quaenam fuerit, dispicere non valui [47]).

Vs. 4/8: ad hos versus supplendos in primis contuli *Syll.*[3] 107, vs. 33 sqq.: *καὶ τὸ φσήφισμα τόδε ἀναγρ[άφσαντα τὸν γραμματέα] τῆς βουλῆς ἐστήληι λιθίνηι καταθ[ῖναι ἐμ πόλει τέλεσι τοῖ]ς Νεοπολιτῶν· ἐν δὲ Νέαι πόληι αὐτοὶ [Νεοπολῖται καταθ]έντον ἐν τῶι ἱερῶι τῆς Παρθένο ἐστή-λ[ηι λιθίνηι]*. Similia leguntur *Syll.*[3] 64, vs. 57 sqq.: *τὸ δὲ φσέφισμα τόδε καὶ τὸν ὅρκον ἀναγράφσαι Ἀθένεσι μὲν τὸν γραμμ[α]τέα τᾶς βολᾶς ἐστέλει λιθίνει καὶ καταθᾶναι ἐς πόλιν τέλεσι τοῖς Χαλκιδέον, ἐν δὲ Χαλκίδι ἐν τῶι ἱερῶι τῶ Διὸς τῶ Ὀλυμπίο ἃ βολὰ Χαλκιδέον ἀναγράφσασα καταθέτο.* Verborum *τέλεσι τοῖς* (sequitur ethnicum) complura exempla affert Larfeld, *Handbuch* II, p. 720. Quae verba si recte supplevi, Meisterhansium *G. A. I.*[3] p. 225, not. 1789 iniuria putasse apparet vs. 6 exemplum exhibere articuli alicui ethnico in numero plurali additi [48]).

Vs. 6-8 praescriptum fuisse, ut Colophonii quoque decretum publici iuris facerent, in aperto est. At ubi eis decretum lapidi incisum proponendum fuerit, nemo iam pro certo dixerit, quandoquidem unicum verbum huc pertinens, quod in lapide exstat, ΟΙΚΙΣΤΑΙ ineunte vs. 8, variis modis explicare possumus:

1°. perfectum subesse potest verbi *οἰκίζειν*, scil. *ᾤκισται*. Quod si ita est, in hunc fere modum praescriptum fuit: Colophonii titulum proponere debent, ubi templum religiosissimum — nempe delubrum

[47]) v. cl. A. M. Woodward, qui meo rogatu lapidem diligentissime inspexit, de Β aut Η aut Γ aut Κ cogitat, litteras Λ, Μ, Ν, Χ, nec non omnes litteras forma incurvata reicit.

[48]) huius usus antiquissimum exemplum invenies in decreto de Phaselitis IG II 11 (*Syll.*[2] 72), quod c. a. 465 factum esse docuit Ad. Wilhelm, *G. G. A.* 1898, p. 204 sq.

Apollinis Clarii [49]) — *situm* est. Ad hunc usum verbi οἰκίζειν conferri potest locus Euripideus Troad. 435 sq.: οὗ δὴ στενὸν δίαυλον ᾤκισται πέτρας δεινὴ Χάρυβδις.

2⁰. numerus plurativus esse potest nominis substantivi, quod est οἰκιστής. Quod si ita est, hi versus duobus modis apte suppleri posse mihi visi sunt:

α) ad hunc fere modum: καταθέντον [ὅπο ἵδρυνται οἱ θεοὶ οἱ] οἰκισταί. Civitatum Graecarum conditoribus deorum honores tributos esse nemo ignorat. Compara e. g. quae Diodorus XX. 102. 3 tradidit de Sicyoniis, qui, postquam a. 303 urbem suam Demetriada appellaverunt Demetrii, libertatis vindicis, in honorem, „θυσίας δὲ καὶ πανηγύρεις, ἔτι δ' ἀγῶνας ἐψηφίσαντο συντελεῖν αὐτῷ κατ' ἐνιαυτὸν καὶ τὰς ἄλλας ἀπονέμειν τιμὰς ὡς κτίστῃ". Nonnullae civitates divini conditoris effigiem nummis imprimebant [50]), e. g. urbs Croton, cuius in nummis effictum est caput Herculis cinctum verbo οἰκιστάς [51]), item oppidum Temenothyrae, cuius nummi expressam reddunt effigiem conditoris mythici Temeni, quam ambit vox οἰκιστής vel κτίστης [52]). Eiusmodi divinorum conditorum in nummis imagines plerumque depromptas esse ab illorum conditorum statuis ratio suadet. Multae autem civitates duos pluresve conditores habuisse feruntur. Legimus e.g. apud Thucyd. VI. 5. 3. de Camarina urbe Sicula: οἰκισταὶ δὲ ἐγένοντο αὐτῆς Δάσκων καὶ Μενέκωλος, idemque Thuc. tradit urbes Gelam et Zanclen a binis [53]), urbes Himeram et Heracleam Trachiniam a ternis [54]) viris conditas fuisse. Iam vero Colophonem a Codridis Damasichthone et Prometho coloniam Ionicam esse deductam eosque reges Colophonis fuisse tradit Pausanias [55]). Quem e fonte Attico hausisse, in quo partes Atheniensium in urbibus Asiaticis condendis iusto magis auctae essent, nam urbem Colophonem revera a Messeniis conditam fuisse, recte monuit Toepffer [56]). Atticam autem traditionem iam saeculo IV° exeunte vulgatam fuisse e titulis efficimus. Nam in decreto anni 307/6 Colophonii laudantur „ἐπειδὴ ἄποικοι ὄντες τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων διατηροῦσιν τήν τε φιλίαν καὶ οἰκειότητα

---

[49]) cf. decretum Colophonium saec. III[i] *B. C. H.* XXXIX 1915, p. 36 sq., vs. 16 sqq.: ἀναγράψαι δὲ τόδε τ[ὸ ψ]ήφισμα εἰς στήλην λιθίνην [καὶ] στῆσαι εἰς τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλ[λω]νος τοῦ Κλαρίου.

[50]) cf. Drexler ap. Roscher, *Lexikon* II, p. 1580 sqq., Prehn, *R. E.* XI, 2083 sqq.

[51]) cf. Head, *Hist. Num.*² p. 97 sq., fig. 54; Rochette, *Monuments Inédits* I, p. 252; Philipp, *R. E.* XI. 2020, Eitrem, ib. 2027.

[52]) cf. Head, *op. cit.* p. 687, *Brit. Mus. Cat. of Greek Coins*, Phrygia p. 407.

[53]) VI. 4. 3, 5. [54]) VI. 5. 1, III. 92. 5. [55]) VII. 3. 3.

[56]) *Attische Genealogie*, p. 233 sqq. Utramque traditionem ipse Pausanias contaminavit, qui VII. 2. 3 Codridas materno genere tantum Ionum consanguineos fuisse auctor est.

τὴν εἰς τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων“ [57]). Itaque Codridas illos iam pridem a Colophoniis conditores urbis suae creditos esse suspicari licet.

Utcumque se ea res habet, iuxta simulacra conditorum, sive Codridae fuerunt sive alii [58]), ut decretum proponerent, Colophoniis praescriptum fuisse non prorsus inepta mihi visa est coniectura [59]).

β) fere hisce: καταθέντον [ὅπο ἂν κελεύσοσιν οἱ] οἰκισταί (vel [κατ]οικισταί), i. e. Atheniensium legati, sive ut rem publicam constituerent sive ut cleruchiam deducerent, Colophonem missi. De hac quaestione supra copiosius disserui.

Vs. 8: cf. *Syll.*³ 64, vs. 20: κατὰ τάδε Χαλκιδέας ὀμόσαι.

Vs. 9: huius versus reliquiae nos admonent de iureiurando, quod, prout solemnis in hac re mos erat, in aliis civitatibus aliter iurare solebant, quodque νόμιμος ὅρκος dicebatur; eandem fere vim habet ὁ ἐγχώριος ὅρκος. Sic legimus: IG II² 16ᵇ, vs. 8 sqq.: ὀμνύναι δὲ τ[ὸ]ν [ν]όμιμ[ον ὅρκον ἑκατέρο]υς τὸν παρὰ σφίσιν αὐτ[οῖς], ib. 116, vs. 19 sq. ἐπομνύναι δὲ τὸν [νό]μιμον ὅρκον, in foedere inter Rhodios et Hierapytnios c. a. 200 facto, *Syll.*³ 581 vs. 88: ὁρκιξάντων τὸν νόμιμον ὅρκον, Thucyd. V. 18. 9: ὀμνύντων δὲ τὸν ἐπιχώριον ὅρκον ἑκάτεροι τὸν μέγιστον, etc. [60]).

Vs. 9/10: initio vs. 10 Velsen legit ⊿ OK; equidem ex lapide enotavi ⁾OK (item Koehler), in ectypo nihil discernere potui. Si P in lapide exstitit, hoc modo versum sanare possis: [δράσο καὶ ἐ]ρῶ καὶ βολεύσο, quae verba supplevi collato frustulo lapidis Pentelici inedito, cuius tituli vs. 5/7 ad hunc fere modum restituenda esse videntur: [- - δρ]άσο καὶ ἐρῶ καὶ | [βολεύσο περὶ τὸν δ̃εμον τὸν] Σαμίον ἥ,τι ἂν | [δύνομαι ἄριστα - -]. Quoniam autem de P non satis constat, etiam alium in modum vs. 9/10 suppleveris. Subsimilis enim formula iurisiurandi in decreto de Erythraeis (*Syll.*³ 41, vs. 20 sqq.) incipit hisce: (ὀμνύνα[ι] δ[ὲ τά]δε [τὲν] βολέν·) βολεύσο ἧος ἂν [δύ]νο[μ]αι [ἄ]ριστ[α καὶ] δικα[ιότα]τα Ἐρυθραίον τῶι πλέθει καὶ Ἀθεναίον καὶ τῶν [χσυ]νμά[χ]ον. Iam vero tituli

[57]) IG II² 456, vs. 7 sqq.

[58]) nam fieri potest, ut Colophonii Apollinem et Dianam deos conditores coluerint. Apollo saepe effingitur in nummis Colophoniis, cf. Head, *op. cit.* p. 569 sq., item semel iterumve Diana, cf. Quandt, *R. E.* XI, 1119. 3. Apollo Colophonius commemoratur e. g. in tit. *Arch. Epigr. Mitt. Oesterr.* X 1886, p. 148, vs. 7.

[59]) delegare etiam vellem ad morem Atheniensium, ut leges tabulis ligneis inscriptae proponerentur πρόσθεν τῶν ἐπωνύμων sive πρὸς τοὺς ἐπωνύμους, cf. Demosth. XX. 94, XXIV. 23, Aeschin. III. 39, Andoc. de myst. 83 (vid. Ad. Wilhelm, *Beitr.* p. 240 sq.), nisi quod hic de legibus promulgandis, in nostro decreto de lege iam lata proponenda agitur.

[60]) cf. A. Martin, *Quomodo Graeci ac peculiariter Athenienses foedera publica iureiurando sanxerint*, p. 25 sqq., E. Ziebarth, *De iureiurando in iure Graeco quaestiones*, p. 14 sq., eund. *R. E.* V, 2076 sqq.

nos docent saeculo tertio Colophoniorum rei publicae magistratum praefuisse, qui πρύτανις dicebatur [61]), quod munus cur tunc demum institutum esse putemus, prorsus non video. Quapropter haud scio an etiam restitui possint verba: [πρυτανεύσ]ο καὶ βολεύσο 'munere prytaneos et senatoris fungar' κτλ.

Vs. 11/12: praeter verba e decreto de Erythraeis modo laudata ad formulam ὁ δῆμος ὁ Ἀθην. καὶ τὸ πλῆθος τῶν συμμ. cf. etiam *Syll.*³ 151, vs. 11 sqq.: πό[λ]ε[μ]ον δὲ καὶ εἰρήνην μὴ ἐξεῖναι Κορκυραίοις ποιήσασθαι [ἄ]νευ Ἀθηναίων καὶ [τοῦ π]λήθους τῶν συμμάχων.

Vs. 12/13: cf. *Syll.*³ 64, vs. 21 sqq.: οὐκ ἀπο[σ]τέσομαι ἀπὸ τῶ [δ]έμο τῶ Ἀθεναίον οὔτε τέ[χ]νει οὔτε μεχανεῖ οὐδεμιᾶι οὐδ' ἔπει οὐδὲ ἔργοι; prorsus eadem leguntur *Syll.*³ 52, vs. 6 sqq. In utroque titulo sequitur: οὐδὲ τῦι ἀφισταμένοι πείσομαι, quae verba si vs. 13 post vocem ἔργοι supplere malueris, haud refragabor.

Vs. 14/15: cf. *Syll.*³ 41, vs. 24 sqq.: [οὐδ'] αὐτομολέσο οὔτ' αὐτὸς ἐγὸ οὔτ' ἄλλοι [π]εί[σομαι].

Vs. 15: cf. IG II² 116, vs. 27 sq.: ἐάν τις ἴ[ηι] ἐπὶ τὴν πόλιν τὴν Ἀθ[ην]αίων ἐπὶ πολέμωι ἢ τὸν δῆμον καταλύει τὸν Ἀθηνα[ίων]; similia IG II² 112, vs. 24 sqq., 230, vs. 8 sq., *Syll.*³ 181, vs. 29 sq., etc. Tum conferas e foedere Rhodiorum et Hierapytniorum *Syll.*³ 581, vs. 12 sq.: καὶ εἴ τις κα---τὰν καθεστακυῖαν δαμοκρατίαν καταλύηι (eadem vs. 66 sqq.). In nostro fragmento verba δεμο[κρατίαν τὲν καθεστεκυῖαν vel καθεστῶσαν] supplere spatium nos non sinit, sed pro eis quae in textum recepi etiam supplere possis: δε̃μο[ν οὐ καταλύσο τὸν καθεστεκότα]; de forma part. perf. cf. Meisterhans, *G.A.I.*³ p. 189, n. 8.

Vs. 16: collatis quae leguntur *Syll.*³ 89, vs. 18 sqq.: [καὶ οὐκ ὀφελέσο τὸ]ς ἐχθρὸς τὸς Ἀθεναίον οὔτε χρ[έματα παρέχον οὔτε δυ]νάμει οὐδεμιᾶι, hunc versum supplere conatus sum. Loco [(συ)στρατευό]μενος etiam [χαριζό]μενος vel aliquid simile restitui potest; [χρείας παρεχό]μενος spatii ratione habita supplere non possumus.

Vs. 17/18: cf. *Syll.*³ 41, vs. 26: ἄνευ τε̃ς γνόμες[τε̃ς Ἀθε]ναίον καὶ τῶ [δ]έμο, ibid. 64, vs. 9: ἄνευ τῶ δέμο τῶ Ἀθεναίον. Etiam suppleri

---

[61]) cf. decreta Colophonis Novae quae dicitur — in titulis audit Κολοφῶν ἐπὶ θαλάσσηι, incolae Κολοφώνιοι ἀπὸ θαλάσσης — *Jahresh.* VIII 1905, p. 164 sqq. (passim), ibid. XV 1912, p. 46 sqq. (passim), *B. C. H.* XXXIX 1915, p. 36, vs. 1. Decreta *Inschr. v. Pr.* 57, ubi legimus vs. 3 sq.: τῆς δὲ ἀναγγελ[ίας τῶν στεφάνων τὴ]ν ἐπιμελειαμ ποιήσασθαι-- τὸν πρύτανιν (sc. Colophoniorum) et ibid. 58 (vs. 1: [ἐ]πιμελη[θῆν]αι τὸ[ν] πρύτανι[ν]) utrum ad Colophonem novam pertineant an ad Colophonem veterem, quam urbem c. a. 200 iuxta novam adhuc exstitisse constat (cf. Ad. Wilhelm, *Beitr.* p. 173), non liquet.

possunt verba [ἄνευ Ἀθεναίον καὶ τῶν χσυμμάχ]ον coll. *Syll.*³ 151, vs. 13 sq.: [ἄ]νευ Ἀθηναίων καὶ [τοῦ π]λήθους τῶν συμμάχων.

Vs. 18/19: post verba ἀληθῆ ταῦτα expectes nomina deorum, quos Colophonii testati sunt se fidem servaturos, sicut legimus IG II² 97, vs. 23 sq.: ἀληθῆ ταῦτα νὴ τὸ[ν] Δία καὶ τὸν Ἀπόλλω καὶ τὴν Δήμητρα; similia IG II² 1196 B, vs. 16 sqq., 1237, vs. 111 sqq., etc. Solebant autem Graeci saeculo quidem quinto per tres deos iurare [62]). Quapropter verba [νὲ τὸν Δ]ία καὶ τὸν Ἀπο[λλο [63]) καὶ τὲν Δέμετρα] [64]) satis certa ratione suppleri possunt. Quo facto vacabit vs. 18 post ταῦτα spatium circiter 25 litterarum, quod variis modis replere possis. Coniecturam feci ex eis, quae leguntur in foedere a. 363/2 inter Athenienses et Iulietas facto (*Syll.*³ 173 vs. 79 sqq. = 67 sqq.), ubi pro formula ἀληθῆ ταῦτα invenies haecce: [ταῦτα ἐμπ]εδορκήσω ν[ὴ τὸν Δία, κτλ.]. Quibus collatis quaedam temptavi. Loco φυλάχσο — cf. *Syll.*³ 399, vs. 30 sqq.: πειράσοντα[ι] δὲ καὶ εἰς τὸ λοιπὸν ταῦτά τε φυλάσσειν εἰς τὸν ἅπα[ντα] χρόνον — et ἐμπεδορκέσο, etiam suppleveris ἐμμενῶ vel ἐμπεδόσο vel aliquid simile.

Vs. 19 sqq.: in iureiurando saepe in se exsecrabantur, si quid contra pactum fecissent. Ut e scriptoribus nonnulla exempla afferam, legimus ap. Antiph. V. 11: δέον σε διομόσασθαι ὅρκον τὸν μέγιστον καὶ ἰσχυρότατον, ἐξώλειαν σαυτῷ καὶ γένει καὶ οἰκίᾳ τῇ σῇ ἐπαρώμενον, Andoc. I. 98: καὶ ἐπεύχεσθαι εὐορκοῦντι μὲν εἶναι πολλὰ καὶ ἀγαθά, ἐπιορκοῦντι δ' ἐξώλη αὐτὸν εἶναι καὶ γένος, Lys. XII. 10: ὤμοσεν, ἐξώλειαν ἑαυτῷ καὶ τοῖς παισὶν ἐπαρώμενος. In titulis similia abundant, cf. e. g. *Syll.*³ 41, vs. 15 sqq.: ὀμνύναι [μὲν Δ]ία - - -, ἐπαρόμενο[ν ἐχσόλ]ειαν ἑα[υτῶι ἐπιορκῶντι κ]αὶ παι[σ]ὶν ἑαυτῶ, *Syll.*³ 167, vs. 14 sqq.: εἰ δέ τις ταῦτα παραβαίνοι, ἐξώλη γίνεσθαι καὶ αὐτὸν καὶ τοὺς ἐκείνου πάντας, ibid. 366, vs. 12 sqq.: εἰ μὲν εὐ[ορκέω (an -κοίην?)], πολλά μοι κἀγαθὰ εἴησαν, εἰ δ' ἐφιορκοίην ἐξώλης εἴην [αὐτὸς καὶ τὸ] γένος, ibid. 151, vs. 24 sqq. (= 36 sqq.): [ε]ὐο[ρ]κῶντι μέμ μοι εἴη πο[λλ]ὰ καὶ ἀγαθά, εἰ δὲ [μή], τἀναντία (similia ibid. 581, vs. 89 sq., IG II² 1196 B, vs. 19 sqq., 1237, vs. 112 sqq., etc).

---

[62]) cf. Ziebarth, *op. cit.* p. 18: „s. V—IV in Graecia omnino usitatum videtur fuisse iurare per tres deos." [63]) haec iam restituit Wilamowitz, IG I suppl. p. 5. [64]) per eosdem deos iuravit Erythraeorum senatus, cf. *Syll.*³ 41, vs. 15. Erat haec quinto saeculo apud Athenienses altera ex iurandi formulis (in altera formula iurabatur per Iovem, Neptunum, Cererem), cf. Ziebarth, *op. cit.* p. 17. Idem v. d. *l. c.* p. 29 rectissime monuit in civitatibus Attico imperio subiectis permulta ad exemplum iuris Attici instituta fuise.

III. — Foedus, quod Athenienses a. 423/2 cum rege Perdicca fecerunt, novis fragmentis auctum.

Fragmenta duo marmoris Pentelici, in museo epigraphico auctore v. cl. Ad. Wilhelmo conglutinata cum tit. IG I 42-43 + suppl. p. 141. Cf. von Scala, *Staatsverträge* n. 81 et p. 226.



στοιχηδόν 77

— Ἔναι δὲ περὶ τῶν [ὁμολογεμένον, ἐὰν μὲν δόχσει Περδίκκαι καὶ Ἀθεναίοις προσθῆν]-
[αί τι] καὶ ἀφελῆν, ἠό,τι ἂν ἀμφοτ[έροις δόχσει, κοινῆι βο-
λευσαμένοις, τοῦτο κύριον καὶ εὔορκον. — Ὀμ]-
[νύε]ν? δὲ τὸν ὅρκον Περδίκκαν [καὶ τὸς παῖδας τὸς Περ-
δίκκο, τός τε ἀδελφὸς καὶ ἀδελφιδῆς? τὸς Περ]-
[δίκ]κο, καὶ τῶν ἄλλον Μακεδόνον, [ὅσοι ἂν χσυγγενῆς καὶ
οἰκεῖοι καὶ χσυνέθες καὶ ἐπιτέδειοι ὦσ]-

[ιν] αὐτῶι. Ὄμνυντον δέ· δράσο κα[τὰ τὰ homologemένα
καὶ χσύμμαχος ἔσομαι πιστῶς καὶ ἀδόλος καὶ τ]-
[ὸ]ς αὐτὸς φίλος νομιῶ καὶ ἐχθρ[ός, v καὶ ἐμμενῶ τοῖς hόρ-
κοις καὶ ταῖς χσυνθέκαις ταῖσδε πρὸς Ἀθε]-
ναίος δικαίος καὶ ἀδόλος κα[ὶ ἀβλαβῶς καὶ πιστῶς, hος ἂν
δύνομαι ἄριστα, καὶ βοεθέσο καὶ ἀμυνῶ κ]-
ατὰ τὸ δυνατὸν τῶι δέμοι τῶι [Ἀθεναίον, ἐάν τινες ἀδικῶσι
Ἀθεναίος, καὶ ὀδένα οὔτε χσύλα οὔτε κο]-
πέας ἐχσάγεν ἐάσο, ἐὰμ μὲ Ἀθεν[αίον κελευόντον, οὐδὲ ὀδένα
ὀδὲν ἐσάγεν? ἐάσο, οὐδὲ τὸς χσυμμάχος?]
[τὸς Ἀ]θεναίον, ἐὰμ μὲ Ἀθεναίον κ[ελευόντον· ἐὰν δέ τινες
τι τούτον ποιῶσι, οὐκ ἐάσο, ἀλλὰ κολύσο κα]-
[τὰ τὸ δυ]νατόν, hόσοι ἂν ἐθέλοσι [εἴτε ἐχσάγεν? τι ἐκ τῆς
χόρας τῆς ἐμῆς? εἴτ' ἐσάγεν? παρὰ? τὰς χσυνθέ]-
[κας τάσδε] τὰς πρὸς Ἀθεναίος. — To[ῖ]ς δὲ [hόρκοις καὶ ταῖς
χσυνθέκαις ταῖσδε ἔνοχον ἔναι αὐτὸν Περ]-
[δίκκαν] καὶ τὸς βασιλέας τὸς [μ]ετὰ Περ[δίκκο· ἔναι δ' αὐτοῖς
τὲν φιλίαν καὶ τὲν χσυμμαχίαν κυρίαν]
[ἐπὶ τοῖ]ς ἴσοις καὶ τοῖς homοίοι[ς]. — Ὄμνύν[αι δὲ καὶ τὸς πρέσβες
τὸς παρὰ Περδίκκο hέκοντας τὸς με]-
[τὰ ....]ίδο καὶ ἐπαρᾶσθαι [μὲν] τ[οῖ] μὲ ἐμ[μενῶντι τοῖς hόρ-
κοις τοῖσδε ἐχσόλειαν· ἐπαρᾶσθαι δ' hοσ]-
[αύτος κ]αὶ Περδίκκαν καὶ τὸ[ς παῖδ]ας τὸ[ς Περδίκκο καὶ τὸς
ἀδελφὸς καὶ ἀδελφιδῶς τὸς Περδίκκο ἔ]-
[χσόλει]αν κατὰ τὸ δίκαιον. — Ἐ[ὰν δὲ π]όλει[ς? ἔτι ἄλλαι? προσ-
χορῶσι,? συνομνύντον? Ἀθεναίοις τάδε· οὐ σ]-
[τρατευ]σόμεθα ἐπὶ πόλιν οὐδεμ[ία]ν, hῶν Π[ερδίκκας κρατεῖ ἔ
hῶν κρατῶσιν hοι χσύμμαχοι? hοι Περδ]-
[ίκκο· τ]ὰς δὲ χσυνθέκα[ς ἐμ]πεδόσο πρὸς Πε[ρδίκκαν καὶ πρὸς
τὸς χσυμμάχος? τὸς Περδίκκο, καθάπερ χ]-
[συνέθε]ντο Ἀθεναῖοι ἀ[δόλ]ος ποιῶντι Πε[ρδίκκαι καὶ τοῖς
χσυμμάχοις? τοῖς Περδίκκο, καὶ οὐ κακῶ]-
[ς ποιέσ]ο Περδίκκαν οὔτ[ε α]ὐτὸν οὔτε τὸς [παῖδας οὔτε τὸς
ἀδελφὸς οὔτε τὸς ἀδελφιδῶς? οὐδ' ἄλλον ο]-
[ὐδ' hένα], πρὸς hὸς τὸν hόρκον < hὸν > ὄ[μο]σα.v — Ὄμ[όσαι μὲν
ἀμφοτέρος τὸν παρ' αὐτοῖς νόμιμον hόρκον· ὀμό]-
[σαι δὲ τ]ὸς αὐτὸς θεός. — Ταῦτα δὲ ἀν[αγ]ραφσά[το ho γραμματεὺς
τῆς βολῆς ἐστέλει λιθίνει καὶ τὰ ὀνό]-
[ματα τῶ]ν ὁμοσ(ά)ντον καὶ τῶν πόλε[ον τῶν] ἐ[σελθοσῶν? ἐς
τὸς hόρκος? καὶ τὲν φιλίαν ἐς τὲν στέλεν προ]-

[σαναγρ]αφσάτο. *Ηοι δὲ κολακρ[έται δόντον τὸ ἐς τὲν στέλεν ἀργύριον. Ηοι δὲ πολεταὶ ἀπομισθοσάν]-*
40 *[τον τὲν στέλεν. — Ηο]ι δὲ πρέσβ[ες* .....[53]*.....]*
[.....[10]..... ἀπαγ]γελάντον [πρὸς Περδίκκαν τὰ ἐφσεφισμένα τοῖ δέμοι καὶ? .....[16]*.....]*
[.....[14]..... ε]ρίος, ho .....[56]*.....*
.....[17]..... ε - - - - -

Dum Athenienses a. 423 indutiis in unum annum factis de pacis condicionibus cum Lacedaemoniis agunt, oppidum Scione, in Pallene paeninsula situm, ad Brasidam Lacedaemoniorum ducem defecit [1]). Quibus auditis Athenienses confestim ex Cleonis sententia Scionaeos expugnare et occidere decreverunt, atque bello omni ope instructo paulo post in Macedoniam profecti sunt. Sub idem tempus Brasidas eiusque socius Perdiccas rex Macedonum copiis coniunctis Arrhabaeo regi Lyncestarum bellum intulerant. Quod bellum cum male gestum esset, Perdiccas a Brasida alienatus cum Atheniensibus iam Scionen obsidione prementibus compositionem fecit [2]). Secutum est foedus [3]), ad quod haec nova fragmenta pertinere pro sua sagacitate perspexit Wilhelm.

Priusquam quae supplere conatus sum, quantum potero, exemplis confirmem, de singulorum versuum ambitu pauca mihi dicenda sunt. Partem quidem tituli iam pridem restituit Kirchhoff, IG I suppl. p. 141, versus singulos quadragenarum binarum fuisse litterarum suspicatus, eumque secutus est Scala. Sed singulorum versuum ambitum aliquanto longiorem fuisse nova fragmenta evincunt. Etenim versus fuisse litterarum fere octogenarum litterarum colligi potest e vs. 37 sqq., quippe in quibus verba solemnia de titulo in lapidem incidendo satis pro certo restitui possint. Equidem sententiarum connexum haud prorsus inepte restituere posse mihi visus sum, septuagenas septenas litteras singulis versibus si attribuerem [4]). Titulum supplere exorsus sum a vs. 15 frag-

[1]) de rebus ea aetate gestis cf. Thucyd. IV. 120 sqq., Beloch, *Griech. Gesch.* II² 1, p. 338, Busolt, *Griech. Gesch.* III 2, p. 1169 sq.; de foedere cum Perdicca facto cf. etiam O. Hoffmann, *Die Makedonen*, p. 137 sqq. Librum, quem conscripsit Abel, cui tit. *Makedonien vor König Philipp*, inspicere non potui. [2]) cf. Thucyd. IV. 132. 1: *περιτειχιζομένης δὲ τῆς Σκιώνης Περδίκκας τοῖς τῶν Ἀθηναίων στρατηγοῖς ἐπικηρυκευσάμενος ὁμολογίαν ποιεῖται πρὸς τοὺς Ἀθηναίους.* [3]) compositionem (*ὁμολογίαν*), cuius Thucyd. mentionem fecit, a foedere nostro diversam esse recte animadvertit Busolt, *op. cit.* III 2, p. 1170, not. 1.

[4]) eundem versuum ambitum invenies in titulo paulo recentioris aetatis, quo foedus continetur, quod Athenienses a. 420 cum Argivis Mantineensibus Eleis fecerunt, IG I suppl. p. 14, 46*b* (= Thucyd. V. 47 = v. Scala, *op. cit.* n. 87).

menti, quod apud Scalam denotatur b_2, unde nova paragraphus incipit.

Vs. 15/16: in primis conferendi sunt loci Thucydidei V. 23.6: ἦν δέ τι δοκῇ Λακεδαιμονίοις καὶ Ἀθηναίοις προσθεῖναι καὶ ἀφελεῖν περὶ τῆς ξυμμαχίας, ὅ,τι ἂν δοκῇ, εὔορκον ἀμφοτέροις εἶναι et V. 47.12: ἐὰν δέ τι δοκῇ ἄμεινον εἶναι ταῖς πόλεσι ταύταις προσθεῖναι πρὸς τοῖς ξυγκειμένοις, ὅ,τι ἂν δόξῃ ταῖς πόλεσιν ἁπάσαις, κοινῇ βουλευομέναις, τοῦτο κύριον εἶναι. Similia optime suppleta sunt in titulo *Syll.*[3] 434/5, vs. 92 sqq.: ἐὰν δ[ὲ δοκεῖ Λακεδαιμονίοις καὶ τ]οῖς συμμάχοις καὶ Ἀθηναίοις [ἄμεινον εἶναι προσθεῖναί τι] καὶ ἀφελεῖν περὶ τῆς συμμαχί[ας, ὃ ἂν δοκεῖ ἀμφοτέροις, εὔο]ρκον εἶναι; brevius denique *Syll.*[3] 123, vs. 8 sqq.: [ὅ,τι δ' ἂν δοκῇι ἄμενον ἔ]ναι τ]οῖν πολέοιν, κοινῆ[ι βολευομέναιν, τοῦτ]ο κύριον ε[ἶ]ναι.

Vs. 17/19: ad hos versus supplendos, quinam praeter ipsum Perdiccam in verba foederis iuraverint, paulo accuratius recenseamus necesse est. Complures quidem ex eis, quorum nomina fragmentis *b*, *c*, *d*, a Scala, *op. cit.* p. 64, compositis, nobis servata sunt, nusquam alibi occurrunt, sed insignissimum quemque novimus, quos hoc modo disponere possumus:

1° *regis Perdiccae filii* (παῖδες). Nomen alterius ex filiis exhibet frg. *bcd* vs. 12: Ἀρχέλας Π[ερδίκκο][5]), alterius nomen in fine huius versus cum lapide periit. Nam Scalam hunc versum minus recte supplevisse, atque plus unius Perdiccae filii nomina in fine versus exstitisse, e novis fragmentis intelligimus, ubi vs. 30 (cf. vs. 17, 35) τὸ[ς παῖδ]ας τὸ[ς Περδίκκο] restituendum esse manifestum est. Iam vero nos docet Plato, Gorg. p. 471, Archelaum ancilla natum Perdicca mortuo vi regnum usurpasse, postquam avunculum Alcetem eiusque filium Alexandrum nec non Perdiccae filium legitimum, cuius nomen non constat utrum Alcetes fuerit an Aeropos[6]), necavisset. Huius filii nomen fragmenti *bcd* vs. 12 in fine addendum esse vix videtur negari posse.

2° *regis Perdiccae fratres* (ἀδελφοί). Occurrunt enim frg. *bcd* vs. 12 Menelaus et Alcetes, regis Alexandri filii iidemque Perdiccae fratres[7]).

---

[5]) de eo conferas quae scripsit U. Köhler, Makedonien unter König Archelaos, *Sitzb. Berl. Akad.* 1893, p. 489 sqq. [6]) utrumque nomen tradidit schol. ad Arist. de rhetor. 55. 3: τοῦτον (sc. Perdiccae f.) δὲ ἐπικεκλῆσθαί φασιν Ἀλκήταν ἢ Ἀέροπον (libr. Μέροπον, corr. Koehler, *l. c.* p. 495, not. 2). Nomen accepit aut ab abavo rege Alceta aut ab eius patre rege Aeropo. [7]) lacuna incertae magnitudinis, quae inter fragmenta *b* et *c* hiat, quomodo supplenda sit, dubito. Omnes, qui in verba foederis iuraverunt, certo ordine, ut quisque regi Alexandro erat propior, enumeratos esse manifestum est. Itaque vs. 12 unum pluresve e reliquis Alexandri filiis in lapidis parte, quae inter fragmenta *b* et *c* periit, nominatos fuisse necesse est. Iam vero quinque regis Alexandri filii nobis noti sunt: Menelaus, Amyntas, Philippus, Alcetes, Perdiccas. Amyntae nomen hic sup-

3° *regis Perdiccae fratrum filii* (ἀδελφιδοῖ), e quibus commemorantur frg. *b c d* vs. 12 sq. Agerrhus Philippi f. et - - yrus Alcetae f.; de ceteris non constat [8]). Saepius reges Macedonum et fratribus et propinquis partem regni relinquebant, quam pro regulis gubernarent [9]). Videtur usque ad saeculum Vum in Macedonia quidam rerum status fuisse, qui fuit aetate Homeri; nam cuique in mentem venit regulorum illorum, de quibus poeta hic illic narrat.

4° *ceteri regis propinqui eiusque familiares et necessarii.* Praeter regis proximos etiam affines nobilioresque extra familiam regiam Macedones in verba foederis iuravisse, nomina eorum, qui frg. *bcd* vs. 15 sqq. enumerantur, si perpenderis, facile intelleges [10]). Consequens est, ut

---

plendum esse veri non est simile, quippe qui vitam privatam egisse videatur (cf. Porphyr. Tyr. *F.H.G.* III. p. 691: *Ἀμύντας δὲ πάντα τὸν βίον ἰδιωτικῶς ζήσας κατέλιπεν υἱὸν Ἀριδαῖον*; vid. etiam Droysen, *Gesch. d. Hell.* I², p. 72 not. init. [ubi locum modo laudatum Dexippo attribuit, per errorem ut videtur]). Itaque aut Philippi aut Perdiccae nomen supplendum est, nisi et alios regis Alexandri filios nobis quidem ignotos exstitisse putes. Philippum autem qua aetate foedus, de quo agimus, factum est iamdudum mortuum fuisse pro certo habuit Droysen, *op. cit.* p. 71, not. 2, cf. p. 75, not. 1. Quod vir doctissimus collegisse videtur e Thucyd. II. 100. 3, ubi legimus Thraces a. 429 una cum Amynta Philippi f. irrupisse *ἐς τὴν Φιλίππου πρότερον οὖσαν ἀρχήν*, e quibus verbis tamen nihil aliud effici posse videtur, nisi Philippum tunc temporis nescio qua de causa in illis regionibus regnare desiisse. Accedit, quod nomen Philippi lacunae convenire videri possit, si modo frg. *b c d* vs. 13 nomen q. e. [Σάτ]υρος a Scala recte suppletum est. Nam salvo litterarum ordine vs. 12/13 ad hunc modum restituere possis:

[*M*]ε[ν]έλαος Ἀλεχσά[νδρο, Φίλιππος Ἀλεχσάνδρο], Ἀλκέτες κτλ.
ο, Ἄ[γ]ερρος Φιλίππ[ο, Ἀλέχσανδρος Ἀλκέτο, Σάτ]υρος κτλ.

Quae restitutio quamquam habet, quo se commendet, tamen ipsius regis nomen potius exspectaverim. Nam disertis verbis praescriptum est: *ὀμνύειν τὸν ὅρκον Περδίκκαν κτλ.* At nomen Perdiccae quominus restituamus, alia rursus obstant, in primis, quod post nomen fratris parum apte positum videri possit. Neque magis appareret, quomodo lacuna 21 litterarum, quae, Perdiccae nomine vs. 12 restituto, vs. 13 inter *Φιλίππο* et *ΥΡΟΣ* vacabit, supplenda sit. [8]) frg. *b c d* vs. 12 in fine addere possis unum plurave ex hisce nominibus: *Ἀρχέλας Περδίκκο, Ἀλκέτες* (vel *Ἀέροπος*) *Περδίκκο, Ἀριδαῖος Ἀμύντο, Ἀμύντας Φιλίππο, Ἀλέχσανδρος Ἀλκέτο.* [9]) cf. Droysen, *op. cit.* I², p. 72 sqq., Kaerst, *Gesch. d. Hellen. Zeitalt.* I² p. 171, Niese, *Gesch. d. Griech. u. Makedon. Staaten* etc. I p. 40. — Similia saec. IV° adhuc invenimus apud Thraces. Tradit enim Dem. XXIII. 8 a Cotye rege Thracum filios Berisadem, Amadocum, Cersebleptem universos heredes institutos esse, id quod confirmant verba foederis a. 357/6 ab Atheniensibus cum his ipsis regulis facti (IG II² 126; de Cersobleptis filiis cf. *Syll.*³ 195). Berisadis autem mortui filii teste Demosthene XXIII. 10 paternam regni partem rursus inter se partiti sunt, cuius rei testimonium est foedus, quod Athenienses a. 356/5 cum aliis regibus fecerunt et *πρὸς Κετρίπορ[ιν* — quem regis Berisadis filium fuisse probabiliter coniecit Hoeck, *Hermes* XXVI 1891, p. 106 sqq. — *καὶ το]ὺς ἀδελφούς* (IG II² 127 = *Syll.*³ 196). [10]) de his nominibus cf. O. Hoffmann, *op. cit.* p. 141 sqq. — Frg. *b c d* vs. 15 fortasse restitui potest *Κλέανδρος Π[ολε-*

illos quoque inter eos, qui frg. b_2 vs. 17 iurare iubentur, aliquo modo significatos esse putes. Verba, quae in textum recepi, non nisi παραδείγματος χάριν a me esse proposita non est, quod moneam. Vocem ἐπιτήδειον iam pridem restituit Kirchhoff; verba συγγενεῖς καὶ οἰκεῖοι inter se coniuncta leguntur e. g. ap. Plat. Prot. p. 337 C, eademque probabiliter restituta sunt in titulo Histriano *S.E.G.* II 450 vs. 2; verba οἰκεῖοι καὶ συνήθεις iuxta posita invenies e. g. apud Plat. Dem. p. 386 A et B. Ceterum etiam multa alia verba velut ἀναγκαῖος vel κηδεστής vel ὑπήκοος vel φίλος vel σύμμαχος respici posse non nego. Inter regis propinquos habendus est Derdas, rex Elimiotarum idemque teste schol. ad Thucyd. I. 57. 3: Ἀριδαίου παῖς, ἀνεψιὸς Περδίκκα καὶ Φιλίππου. Praeter hunc alios quoque reges foederi subscripsisse colligi potest e frg. *bcd* vs. 20 et 21, ubi vox βασιλεύς plus minusve truncata superest. Quorum in numero desideratur Arrhabaeus, rex Lyncestarum, cuius nomen in lapidis parte quae periit exstitisse veri simillimum est, quippe cuius identidem in reliquis huius tituli fragmentis mentio fiat, cf. frg. *a* vs. 7/8, b_1 vs. 10, *bcd* vs. 9/10. Civitates Macedoniae superioris, in quibus erant regna Elimiotarum et Lyncestarum, temporibus belli Peloponnesiaci adhuc liberas fuisse testatur Thucyd. II. 99. 2: τῶν γὰρ Μακεδόνων εἰσὶ καὶ Λυγκησταὶ καὶ Ἐλιμιῶται καὶ ἄλλα ἔθνη ἐπάνωθεν, ἃ ξύμμαχα μέν ἐστι τούτοις καὶ ὑπήκοα, βασιλείας δ' ἔχει καθ' αὑτά.

Initio vs. 17 quid supplendum sit, haereo. Litteram, quae prima in lapide superest, N fuisse pro certo constat. Quapropter haud sine veritatis specie verbum q. e. ὀμνύειν primus restituit Kirchhoff, ceteri editores adoptaverunt. Quamquam teste Meisterhansio *G.A.I.*[3] p. 191, n. 15, forma infinitivi praes. verborum in -νυμι in -ειν exiens in titulis Atticis non ante saec. II[um] occurrit, tamen formam ὀμνύειν iam aetate, qua nostrum foedus factum est, exstitisse ideo praesertim credere licet, quia formarum imperf. ὤμνυον et imperat. ὀμνύντων exempla ex illa ipsa aetate supersunt [11]). Sed obstat, quod vs. 28 forma infin. in -ναι satis pro certo suppleri potest. In eodem autem titulo modo hanc modo illam formam adhibitam fuisse vix credideris. Quare vs. 16/7 aut aliud verbum supplendum esse aut

μοκράτος]. Nam ap. Arrian. Anab. I. 24. 2 eius nepos homonymus commemorari videtur. Frg. *bcd* vs. 14 forsitan supplendum sit Νεοπτόλεμος [Ἀρραβαίο]; alterius enim Νεοπτολέμου Ἀρραβαίου mentio fit ap. Arrian. Anab. I. 20. 10, quem a nostro Neoptolemo prognatum esse conicias.

[11]) e. g. Thucyd. V. 19. 1, 23. 4, 24. 1 (imperf.), *Syll.*[3] 89[15] (imperat.). Vid. Blaydes ad Arist. Plut. 719.

lapicidam errorem commisisse conieceris, qui formam ὀμνύναι vel ὀμόσαι incidere debuisset.

Vs. 19/20: cf. *Syll.*³ 89₁₆: φίλοι ἐσόμε[θα Ἀθεναίοις καὶ χσύμ]μαχοι πιστῶ[ς] κα[ὶ] ἀδόλος, aut, adiectiva πίστος καὶ ἄδολος si praeferas, *Syll.*³ 71₁₃: [χσύμ]μαχοι ἐσόμεθα πισ[τοὶ καὶ δίκαιοι καὶ ἰσ]χυροὶ καὶ ἀβλαβῆς. Rursus alio modo suppleveris: κα[τὰ τὰ χσυγκείμενα vel τὰς χσυνθέκας], tum χσύμμαχος ἔσομαι πιστός τε καὶ ἄδολος vel δίκαιος καὶ ἰσχυρός (vel ἀβλαβές). Ad sequentia cf. Thucyd. I. 44. 1: μετέγνωσαν -- ξυμμαχίαν μὲν μὴ ποιήσασθαι ὥστε τοὺς αὐτοὺς ἐχθροὺς καὶ φίλους νομίζειν (eadem ib. III. 75. 1, etc.). Post ἐχθρός etiam addi possunt verba [*ὅσπερ ἂν Ἀθεναῖοι*] coll. *Syll.*³ 89₁₇: καὶ τ[ὸς αὐτὸς φίλος καὶ ἐχθ]ρὸς νομιῶμε[ν], *ὅσπερ ἂν Ἀθενα[ῖοι]*. Tum vs. 20 fortasse secutum est aliquid huiusmodi: [καὶ ἐμμενῶ ἐν τοῖς χσυγκειμένοις πρὸς Ἀθ.]. Verbum enim in iureiurando usitatissimum q. e. ἐμμένειν aut cum aut sine ἐν construitur; cf. Thucyd. IV. 118. 14: ἐμμενεῖν ἐν ταῖς σπονδαῖς, *Syll.*³ 260₆ (a. 338/7): [τῶν] ἐμμενόντ[ω]ν ἐν τ[οῖς ὅρκοις], ib. 434/5₈₈ (a. 266/5): [ἐ]μ[μ]ένειν ἐν τῆι συμμαχίαι, contra sine ἐν: Thucyd. V. 18. 9: ἐμμενῶ ταῖς ξυνθήκαις καὶ ταῖς σπονδαῖς ταῖσδε, ib. V. 47. 8: ἐμμενῶ τῇ ξυμμαχίᾳ, *Syll.*³ 173₆₀ (a. 363/2): τῶν ἐμμενόντων τοῖς ὅρκο[ις καὶ τ]αῖς συνθήκαις ταῖσδε, atque adeo in eodem titulo utrumque, *S.E.G.* I 75 (c. a. 300) III 25: [ἐμμε]νῶ ἐν τῆι συν[θήκηι] et vs. 28: [τῶν ἐμ]μενόντων τ[οῖς ὅρκοις]. Attamen in nostro titulo constructionem sine ἐν praeferendam esse censeo, quippe quae saeculo V° procul dubio usitatior fuerit [12]). Pro τοῖς *hόρκοις* possis etiam supplere ταῖς σπονδαῖς, ut iustum numerum litterarum restituas. Tamen vs. 20 spatium unius litterae vacuum relinquere praetuli, quoniam verba οἱ ὅρκοι καὶ αἱ συνθῆκαι etiam vs. 26 supplenda esse mihi videbantur.

Vs. 19/22: eadem fere verba invenies *Syll.*³ 64, vs. 27 sqq.: χσύμμαχος ἔσομαι *hοῖος* ἂν δύνομαι ἄριστος καὶ δικαιότατος, καὶ τῶι δέμοι τῶι Ἀθεναίον βοεθέσο καὶ ἀμυνῶ, ἐάν τις ἀδικῆι τὸν δῆμον τὸν Ἀθεναίον. Quibus verbis collatis forsitan praeferas vs. 22 supplere ἐάν τις ἀδικῆι Ἀθ., quo facto iam scripseris οὐδὲ *hένα* pro ὀδένα, de qua forma cf. Meisterhans, *G.A.I.*³ p. 105, not. 942 et p. 258, not. 2010.

Vs. 21: saepe in iureiurando complura vocabula quae idem valent adhibentur, cf. e. g. *Syll.*³ 71, vs. 13 sqq.: [χσύμ]μαχοι ἐσόμεθα πισ[τοὶ καὶ δίκαιοι καὶ ἰσ]χυροὶ καὶ ἀβλαβῆς [καὶ ἐπιτέδειοι] [13]).

---

[12]) apud Thucyd. semel notavi constructionem cum ἐν, noviens ἐμμένειν cum dativo. [13]) hoc modo vs. 15 suppl. B. Keil, *Εἰρήνη*, *Ber. Sächs. Ges. Wiss., Ph.-hist. Kl.*, LXVIII 1916, 4. Heft, p. 7, not. 2.

Vs. 22 sqq.: Athenienses ligna remis conficiendis apta (κωπέας) [14]) ceteramque materiam praesertim e Macedonia importasse multi loci nos docent, e. g. Xen. Hell. VI. 1. 11, ubi Polydamas Thessalos aliis alloquitur et hisce: ἔχοντες μέν γε Μακεδονίαν, ἔνθεν καὶ Ἀθηναῖοι τὰ ξύλα ἄγονται, πολὺ δήπου πλείονας ἐκείνων ἱκανοὶ ἐσόμεθα ναῦς ποιήσασθαι, Andoc. II. 11: ὄντος μοι Ἀρχελάου ξένου πατρικοῦ καὶ διδόντος τέμνεσθαί τε καὶ ἐξάγεσθαι (scil. κωπέας) ὁπόσους ἐβουλόμην, Dem. XXXXIX. 26: ἄγων ξύλα τὰ δοθέντα τούτῳ ὑπὸ Ἀμύντου [15]), *Syll.*² 587_{304} ξύλα τετράγωνα τῶν Μακεδονικῶν; conferas etiam foedus, quod inter annos 389 et 383 Amyntas rex Macedonum fecit cum Chalcidensibus Macedonicis (*Syll.*³ 135 = v. Scala, *Staatsvertr.* n. 107), vs. 10 sqq.: ἐξαγωγὴ δ' ἔστω (scil. Chalcid.) καὶ πίσσης καὶ ξύλων [ο]ἰκοδομιστηρίωμ πάντων, ναυπηγη[σ]ίμων δὲ πλὴν ἐλατίνων κτλ. [16]). Hisce collatis conieci regem Perdiccam tale aliquid iuravisse: 'nemini concedam, ut materiam remosve exportet [17]), nisi iussu Atheniensium'. Quid iam secutum sit, nemo pro certo dixerit. Potest tamen conici praescriptum fuisse, ne cui liceret quicquam in Macedoniam *importare* nisi Atheniensibus consentientibus. Facile enim intellegimus Atheniensium magni interfuisse, ut ipsi prae ceteris res suas, ut oleum [18]) et vasa [19]), in Macedoniam importarent. Valebant sane, utpote qui tene-

[14]) cf. Hesych. κωπεῖς· τὰ εἰς κώπας εὔθετα ξύλα.

[15]) in decreto a. 411/0, quo rex Archelaus, qui iam Perdiccae successerat, ab Atheniensibus laudatur, quod materiam eis dono dederat (*Syll*³. 104), vs. 28/9 hoc modo suppleri posse videntur: κ|[αὶ ἔδοκεν αὐτοῖς χσύλ]α καὶ κοπέας κτλ. Cum semper, ubi de materia exportanda agitur, rex Macedonum ipse materiam dedisse dicatur, regibus monopolium huius rei fuisse suspicari licet. Quae opinio si recta est, addas hoc monopolium eis, quae enumeravit Riezler, *Finanzen und Monopole.* [Hisce iam scriptis cognovi idem de hoc monopolio observavisse Ad. Wilhelmum in libello doctissimo eodemque lepidissimo, cui tit. *Das moderne Griechenland,* p. 51]. [16]) cf. Boeckh, *Staatshaush.* I³, p. 68 sq., Büchsenschütz, *Besitz u. Erwerb,* p. 551. [17]) forte incidi in tit. *Syll.*³ 75, ubi vs. 34 sq. ab editoribus haec restituta sunt: Μ[εθοναιοις] ε[ἶ]ν[αί τε] ἐχ[σά]γεν; malim supplere [εἶ]ν[αι] ἐχ[σαγο]γεν, nam τε abundat; inspiciatur denuo lapis. [18]) cf. Boeckh, *Staatshaush.* I³, p. 54 sq. [19]) vasa Attica inde a parte priore saec. VI^i usque latius exportata esse nemo nescit. Testimonia huius mercaturae, quae quidem ad saec. VI^um pertineant, optime collegit H. Prinz, Funde aus Naukratis, *Klio, Beiheft* VII 1908, p. 75 sqq.; cf. etiam E. v. Stern, *Theodosia u. seine Keramik,* p. 33 sqq. — Haud erit opus inutile, si quis uberrimis, quae hac de re extant, testimoniis usus, quantopere saec. V° vasorum Atticorum exportatio aucta sit, investigaverit. Eiusmodi inquisitione quam luculenter interdum ea, quae rerum scriptores tradiderunt, confirmentur, uno exemplo e saec. VI° petito illustrare lubet. Tradit enim Herod. V. 88 Argivos et Aeginetas quondam (inter a. 570 et 550 secundum Studniczka, *Beitr. z. Gesch. d. altgriech. Tracht,* p. 4) constituisse, ne quis ullum vas aliamve rem Atticam deorum in templis

rent imperium maris[20]), alii ne merces suas in Macedoniam importarent, prohibere. Sed, ne perpetuo praeter oram Macedoniae vagari cogerentur, eis erat optatissimum, ut ipse rex disertis verbis iuraret se nemini importandi potestatem daturum nisi Atheniensibus iubentibus. Hic sensus ut restituatur, varia excogitari possunt supplementa. Ad ea quae vs. 24 temptavi conferas velim *Syll.*³ 591, vs. 35 sq.: *ἐάν τις [παρενοχλεῖν πειρᾶτ]αι, οὐκ ἐπιτρέψει ἀλλὰ κωλύσει* et *S.E.G.* I 75 III 32 sqq.: *[ἂν δ'] ἄλλος τού[των τι πράττηι - - οὐκ ἐπιτρέψω εἰς δύναμιν]*; pro *οὐκ ἐάσο ἄλλα* possis etiam *ἄνευ Ἀθεναίον*. De *ἐὰμ μή* cum partic. cf. Kühner-Gerth, *Grammat.* II², p. 487, n. 8. Ultimae litterae, quae vs. 24 in lapide exstat, non nisi parvula quaedam hasta verticalis servata est, ita posita, ut aut K aut N aut Γ aut P fuisse constet. Si fuit Γ, pro *κελευόντον* (vel *κελευσάντον*) suppleveris *παραχορόντον*. Quae vs. 24 supplevi incertissima esse probe scio; sed magis etiam incerta sunt quae sequuntur. Nam haud facile diiudicaveris, utrum verbis *hόσοι κτλ.* nova sententia incipiat, an quae sequuntur arte cum praecedentibus cohaereant. Solent quidem in decretis novae sententiae inchoari a vocabulo *δέ* secundo loco posito, sed saepe *δέ* omittitur. Quare fieri potest, ut verbis *hόσοι κτλ.* nova periodus incipiat atque huiusmodi aliquid supplendum sit: *hόσοι ἂν ἐθέλοσι [εἴτε ἐχσάγεν τι ἐγ Μακεδονίας εἴτε ἐσάγεν τι, ἐσιόντον ἐς τὰς χσυνθέκας κτλ.]*.

Vs. 26: pro *ἔνοχον ἔναι* etiam *ἐνέχεσθαι* vel *ἐμμένεν* supplere possis, sed haec verba lacunae minus convenire videntur.

Vs. 27/28: ipse diu dubitavi, utrum supplendum sit *τὸς βασιλέας τὸς μετὰ Περδίκκαν*, an *τὸς μετὰ Περδίκκο*. Illa si recta lectio est, pactum erat, ut foedus in aeternum valeret, atque hoc fere modo vs. 27 suppleveris: *[καὶ ἔναι τὲν φιλίαν καὶ τὲν χσυμμαχίαν ἀεὶ*[21]*) κυρίαν κτλ.]*. Sane Atheniensium magni intererat regis successores quoque iureiurando obstringere. Neque enim ignorabant regem cum suis discordare, quo facile fieri poterat, ut brevi post foedus ictum alius e stirpe regia

consecraret. Iam vero in Argivorum delubro religiosissimo Junoni sacro eruendo Americani nullum fere vas Atticum eius generis, quod inter annos fere 550 et 480 fabricabatur, invenerunt (cf. J. C. Hoppins, in libro cui tit. *The Argive Heraeum*, II p. 175), unde apparet Argivis eo tempore revera contigisse, ut Atheniensis vasa sua importare prohiberent. Aeginae quoque non nisi perpauca vasa Attica eius aetatis inventa esse testatur V. Stais ap. Hoppins, *l.c.* p. 175, not. 4. [20]) imperii maris quae esset vis, optime expressit [Xen.] *Ἀθ. Πολ.* II. 3: *οὐ γάρ ἐστι πόλις οὐδεμία, ἥτις οὐ δεῖται εἰσάγεσθαί τι ἢ ἐξάγεσθαι. ταῦτα τοίνυν οὐκ ἔσται αὐτῇ, ἐὰν μὴ ὑπήκοος ᾖ τῶν ἀρχόντων τῆς θαλάττης*. Athenienses a. 417/6 Macedoniam praeclusisse, quia Perdiccas foedus, de quo agimus, non servaverat, tradit Thucyd. V. 83. 4. [21]) formam *ἀεί* totidem fere atque *αἰεί* in titulis Atticis inveniri adnotat Meisterhans, *G.A.I.*³ p. 33, n. 4, cf. p. 31, not. 159.

vi rerum potiretur. Verum tamen alteram restitutionem — *τὸς β. τ. μετὰ Περδίκκο* — praetuli. Nam quinto a. Chr. n. saeculo eiusmodi pacta non nisi in certum annorum numerum iniri solita fuisse atque primum paciscendi in perpetuum exemplum in foedere anno 395/4 facto[22]) demum exhiberi viri docti consentiunt[23]). Itaque cogitandum est de regis fratribus fratrumque filiis deque regis sociis, quales erant Derdas et Arrhabaeus, quos pari iure atque ipsum Perdiccam cum Atheniensibus pactos fuisse conicias. Quod ad verba attinet a me suppleta, conferas velim Thucyd. V. 79. 1: *καττάδε ἔδοξε - - σπονδὰς καὶ ξυμμαχίαν εἶμεν - -, ἐπὶ τοῖς ἴσοις καὶ ὁμοίοις δίκας διδόντας καττὰ πάτρια* et Xen. Hell VII. 1. 1: *λεγόντων δὲ πολλῶν - - ὡς δέοι ἐπὶ τοῖς ἴσοις καὶ ὁμοίοις τὴν συμμαχίαν εἶναι.* Tum conferas *Syll.*[3] 434/5, vs. 36 sqq.: *τὴν μὲν φιλίαν καὶ τὴν συμμαχίαν*[24]) *εἶναι Ἀθηναίοις - - κυρίαν εἰς τὸν ἅπαντα [χρόνον]*, ib. 173, vs. 17 sqq.: *ὅπως δ' [ἄ]ν κ[αὶ] οἱ ὅρκοι καὶ αἱ συνθῆκαι - - κύριαι ὦσι*, ib. 364, vs. 86: *εἶναι αὐτοῖς τὰ ὡμολογημένα κύρια.*

Vs. 28/31: saepe fit, ut legati verbis eius, qui foedus fecit, interim iurent, donec viri ab altera parte missi idem iusiurandum coram ab illo accipiant. Cf. Scala, *Staatsvertr.* 176 (= IG II[2] 116), vs. 29 sqq: *ὀμόσαι δὲ [κ]αὶ τὸς πρέσβεις τὸς τῶν Θετταλῶν ἐν τ[ῆ]ι βολῆι τὸς [ἐπι]δημο̃[ν]τα[ς] Ἀθήνησιν τὸν αὐ[τ]ὸ[ν] ὃ[ρ]κο[ν]*, ib. 113, vs. 18 sqq: *[ὀμόσαι δὲ καὶ τὸν ὅρκον τὸς παρὰ] Σεύθο ἥκ[οντας πρέσβεις]* [25]); similia ib. 174, vs. 40 sqq., 140, vs. 11 sqq., etc. Iam sequitur legatorum exsecratio in caput eius, qui iusiurandum non servaverit; cf. quae exempla supra ad n. II[B] vs. 19 sqq. dedi. Exspectes ipsi quoque Perdiccae cum suis praeceptum fuisse, ut similiter in se exsecrarentur, atque haec opinio me adduxit, ut vs. 29/31 supplerem quae supplevi. Attamen etiam fieri potest, ut ea, quae vs. 30/1 legenda sunt, non nisi ad *legatorum* iusiurandum pertineant, utque aliquid huiusmodi supplendum sit: *καὶ ἐπαρᾶσθαι [μὲν] τ[ῦι] μὲ ἐμ[μενῦντι τοῖς hόρκοις καὶ ταῖς χσυνθέκαις ταῖσδε, προδό|ντι δὲ κ]αὶ Περδίκκαν καὶ τ[ὸς παῖ]δας κτλ.* Tum vero illud repetitum *καὶ* pro eo quod exspectaveris *ἤ* in sententiam minus quadrare videtur.

Vs. 31 sqq.: civitatibus Macedonicis, quae quidem suis legibus uterentur, ut ad societatem Perdiccae et Atheniensium se applicarent licuisse e vs. 38 intelligi posse videtur. Quae suspicio si recta est, eas quoque civitates iurare debuisse conicias. At etiam Atheniensium

[22]) *Syll.*[3] 122. [23]) cf. *Syll.*[3] 135, not. 3. Uberius de hac re egerunt Graetzel, *De pactionum inter civitates Graecas factarum ad bellum pacemque pertinentium appellationibus, formulis, ratione*, diss. Hall. VII 1885, p. 62 sqq., Keil, *op. cit.* (vid. not. 13), p. 7 sq. [24]) verba *φιλίαν καὶ χσυμμαχίαν* etiam restituenda esse videntur frg. *a* vs. 2 et frg. *bcd* vs. 9 et 10.

[25]) hanc Koehleri restitutionem non recepit Kirchner in IG II[2] 21.

iusiurandum desideratur. Itaque utrosque in eadem verba iuravisse colligas. Hinc orsus quaedam temptavi, quae emendanda iam sagacioribus trado. Perdiccae socii etiam occurrunt fig. b_1, vs. 9, ubi iam Kirchhoff rectissime supplevit [*Π*]*ερδίκκαι καὶ τοῖς χ*[*συμμάχοις* (addas *τοῖς Περδίκκο*)] et frg. *bcd*, vs. 8, ubi tale quid suppleveris: [*ἶναι δὲ τὲν αὐτὲν φιλίαν καὶ χσυμμαχίαν τοῖς χσυμ*]*μάχοις, hέπερ ἂν καὶ Περδ*[*ίκκαι*]. Pro *οἱ σύμμαχοι οἱ Περδίκκον* nimirum etiam legi potest *οἱ βασιλῆς οἱ μετὰ Περδίκκου*; itaque scripseris vs. 32 *hῶν Π*[*ερδίκκας κρατεῖ οὐδὲ hῶν κρατῶσι hοι βασιλῆς hοι μετὰ Περδίκκο*], vs. 33 *πρὸς Πε*[*ρδίκκαν καὶ πρὸς τὸς βασιλέας τ. μ. Π.*], vs. 34/5 *Πε*[*ρδίκκαι καὶ τοῖς βασιλεῦσιν τοῖς μ. Π. καὶ ο*|*ὐ προδόσ*]*ο κτλ.* Ad vs. 32 cf. *Syll*[3]. 54, vs. 14 sq.: *ἐν τῦν πόλεον, hῶν Ἀθεναῖοι κρατῶσι.* Verbum *ἐμπεδοῦν* vulgo construitur cum dativo (*τινί τι*), hic illic cum praepos. *πρός*, e.g. Dion. Hal. IV. 79. Quod ad formas *στρατευσόμεθα — ἐμπεδώσω* attinet, moneo etiam *Syll.*[3] 89 vs. 16 sqq. in iureiurando Bottiaeorum numerum sing. iuxta plur. adhibitum esse. Ad finem vs. 34 supplendum contuli Thucyd. V. 23. 2: *ἦν τινες --- κακῶς ποιῶσιν Ἀθηναίους.*

Vs. 35/36: hic rursus omnes, qui in verba foederis iuraverunt, enumerati fuisse videntur. Vs. 36 aut inest haplologia: *πρὸς hὸς τὸν hόρκον hὸν ὄμοσα*, sc. *ὄμοσα*, aut — quod verisimilius est — lapicida vel scriba commisit errorem, quem correxeris delendo *hόν*.

Vs. 36/37: Athenienses saec. V° in foederibus aequis certe pangendis alteri parti, ut per proprios deos iuraret, concedere soliti fuisse videntur[26]). Contra ea in nostro foedere praescriptum fuisse, ut utraque pars per eosdem deos iuraret, initium vs. 37 suspicionem movet. Hanc autem per eosdem deos iurandi consuetudinem saec. IV° iam usitatiorem fuisse foedera ex eo saeculo quae supersunt documento sunt; comparaveris e.g. IG II[2] 97, vs. 23 sqq. (iurant Athenienses): *ἀληθῆ ταῦτα νὴ τὸ*[*ν*] *Δία καὶ τὸν Ἀπόλλω καὶ τὴν Δήμητρα*, cum vs. 35 sqq. (iurant Corcyraei): [*ἀληθῆ δὲ ταῦ*]*τα να*[*ὶ τ*]*ὸν Δία* [*κα*]*ὶ* [*τὸν Ἀπόλλωνα καὶ τὰν Δ*]*μ ατ*[*ρα*]; similia IG II[2] 111.

Vs. 37/40: desiderantur quidem verba *καὶ καταθέτο ἐμ πόλει*, sed animadvertas velim eadem verba omissa esse in decreto eiusdem fere aetatis, IG I 77. Hic titulus etiam alia de causa dignus est, qui cum nostro conferatur. Nam in utroque titulo verba *οἱ δὲ πωληταί κτλ.* verbis *οἱ δὲ κωλακρέται κτλ.* postposita erunt, si modo nostri tituli vs. 39 recte restitui[27]). Alius scrupulus adhuc restat. Nam exspectes vs. 37

[26]) cf. e.g. v. Scala, *op. cit.* n. 56, Thucyd. V. 18. 9.

[27]) quoniam teste Larfeldo, *Handbuch* II p. 720, not. 2, formula de lapide locando non nisi in decreto IG I 77 formulae de pecunia in stelam eroganda postposita est, hunc titulum, de cuius aetate non constat, eodem anno atque nostrum incisum esse aliqua suspicio est.

verba *ho γραμματεὺς ho τῆς βολῆς* cum articulo repetito. Quibus suppletis inerunt huic versui 79 litterae et sane ab hoc litterarum numero profectus titulum restituere primo conatus sum. Qua ratione cum parum procederem, formulam breviorem praetuli; sic enim nonnullos versus non plane absurde supplere posse mihi videbar. Quamquam teste Larfeldo [28]) formula cum articulo repetito saec. V° longe fuit usitatissima, tamen formulae brevioris haud pauca exempla exstant, quae idcirco paulo copiosius enumerare lubet, quia quae ad titulum supplendum temptavi in breviore illa formula nituntur. Iam vero conferas titulos hosce: IG I suppl. p. 140, 20_{12} (a. 453), I 21_{8} (c. a. 446), I suppl. p. 10, 27^{a} (= *Syll.*^{3} 64)$_{59}$ (a. 446), I suppl. p. 164, 27^{c}_{21} (c. a. 430), I 41 (= Michel 1438; c. a. 428)$_{6}$, I 96 (= *Syll.*^{3} 76; a. 427)$_{13}$, I suppl. p. 20, 71_{32} (c. a. 420), I 48_{7} (c. a. 420), ib. p. 15,51 (= *Syll.*^{3} 107; a. 410/9)$_{30}$. Haec sufficiant. Ad vs. 38 conferri iubeo *Syll.*^{3} 89, vs. 20 sqq.: *τὰς δὲ χσυνθέκας [-- κατα]θῆναι -- ἐμ πόλε[ι ἀναγράφσαντας ἐστέλει] λιθίνει καὶ τὰ ὀν[όμ]ατα τῶν [πόλεον ἐγγράφσαντας τ]ῶν χσυντιθεμένον τὲν φιλία[ν καὶ τὲν χσυμμαχίαν]*, IG II^{2} 43, vs. 69 sqq.: *εἰς δὲ τὴν στήλην ταύτην ἀναγράφειν τῶν τε οὐσ[ῶ]ν πόλεων συμμαχίδων τὰ ὀνόματα*, IG II^{2} 96, vs. 13 sq.: *ἀναγράψαι τῶν πόλεων τ[ῶν ἡκουσῶν τὰ ὀ]νόματα [ἐ]ς τὴν στήλην*. Verborum (*εἰσ*)*ιέναι εἰς σπονδάς* (vel *συμμαχίαν* vel aliquid simile) apud scriptores haud pauca exempla exstant, cf. Thucyd. V. 30.5, 40.2, 46.2, etc. De verbo *προσαναγράφειν* cf. *Syll.*^{3} 273, vs. 32 sqq.: *προσαναγράψαι δὲ ἐς τὴν στήλην τὰ ὀνόματα τῶν ἀνδρῶν*, ib. 921, vs. 105 sqq. *τὸ δὲ ψήφισμα τόδε προσαναγραψάτω -- εἰς τὴν στήλην τὴν λιθίνην*.

Vs. 40 sqq.: de utrius partis legatis sermo sit, Perdiccaene an Atheniensium, non liquet. Vulgo post verba de decreto incidendo de legatis constituitur ad iusiurandum accipiendum mittendis; cf. *Syll.*^{3} 89, vs. 30 sqq., IG II^{2} 34, vs. 29 sqq., etc. Sed in nostro titulo iam supra Atheniensium legationis mentio facta esse videtur, nam frg. b_2 vs. 2 sq. ad hunc fere modum supplendos esse conieceris: *[ἐκλέσθαι δὲ τὸν δῆμον αὐτίκα μάλα πέντ]ε ἄνδρας, h[οίτινες πλεύσαντες ἐς Μακεδονίαν ἀπολαβόντον τε τὸς hόρκος παρὰ Περδίκκο καὶ ἀπ]οστελάντον κτλ.* Praestat igitur cogitare de legatis a Perdicca Athenas missis. Quapropter haec fere haud absone suppleri posse videntur: *[ho]ι δὲ πρέσ[βες hοι παρὰ Περδίκκο ἥκοντες hοι μετὰ .... ίδο, ἐπειδὰν ἀπέλθοσι ἐς Μακεδονίαν, ἀπαγ]γελάντον [πρὸς Περδίκκαν τὰ ἐφσεφισμένα τοῖ δέμοι]* (cf. *Syll.*^{3} 138, vs. 17 sqq.). Denique fieri potest, ut supplendum sit: *[ho]ίδε πρέσβ[εις hειρέθεσαν]*, cf. IG II^{2} 34, vs. 35 sqq., ib. 41 vs. 16 sqq., 175 vs. 2 sqq., etc. Vs. 42 eadem vox supplenda videtur, quae legebatur frg. *a*, vs. 5.

[28]) *Handbuch* II, p. 715, not. 3.

IV. — Honores civi cuidam Pellenensi saec. IV^{i} parte posteriore ab Atheniensibus habiti.

Fragmentum tabulae marmoris Pentelici undique mutilum, repertum in arce, nunc in museo epigr. n. 12402. Alt. om 19, lat. om 19, crass. om 005, alt. litt. om 007, interv. vers. om 008. Litterae, στοιχηδόν scriptae, denotant tempus post medium saeculum quartum.

Α
Η Σ Α
Ν Ο Γ Ω Σ
Γ Α Σ Υ Μ Ρ
Σ Τ Ο Λ Ε
Ν Ο Υ Σ Ε
Ε Σ Α Ι Δ Ε Α Ν
Ε Λ Λ Α Ν Ε Α Κ
Ν Χ Ρ Υ Σ Ω Ι Σ
Ω Ν Α Ρ Ε Τ Η ∠
Ι Λ Ε Τ Η Σ Ε
Ι Ω Ν Κ Α Ι
Ο Γ

στοιχηδόν 24

.....[11] α .....[12]
.....[10] ησα .....[11]
.....[9] ν, ὅπως [ἂν κύρια ᾖι κ]-
[αὶ βέβαια] τὰ σύμβ[ολα ?...[6]... ἐ]-
[πὶ τεῖι ἀπο]στολε̃[ι ....[10]....]
.....[7] ένους ε.....[11].....
[ἐπαιν]έσαι δὲ Ἀν[δρίωνα Παυσα]-
[νίου Π]ελλανέα κα[ὶ στεφανῶσα]-
[ι αὐτὸ]ν χρυσῶι σ[τεφάνωι ἀπὸ .]
[δραχμ]ῶν ἀρετῆς [ἕνεκα καὶ ἀνδ]-
[ραγαθ]ία(ς) τῆς ε[ἰς τὸν δῆμον τὸ]-
[ν Ἀθηνα]ίων καὶ [καλέσαι ἐπὶ δε]-
[ῖπνον εἰς τ]ὸ π[ρυτανεῖον εἰς α]-
[ὔριον κτλ].

Indicia non desunt, quibus huius fragmenti aetatem accuratius definiamus. Primum litterarum species suadet, ut titulum posteriore

saeculi quarti parte scriptum esse credamus. Deinde decretum fine saeculi quarti utique non esse recentius apparet e vs. 9/10, quippe in quibus coronae pretium addatur, idque usque ad annum fere 303/2 Athenis in usu fuit; nam inde ab eo tempore coronae non nisi *κατὰ τὸν νόμον* decerni solebant [1]). Tum eandem aetatem indicant verba *καλέσαι ἐπὶ δεῖπνον εἰς τὸ πρυτανεῖον εἰς αὔριον*, vs. 12 sqq. satis pro certo restituta. Nam hanc formulam post finem saec. IV$_1$ iam non adhibitam esse constat [2]). Neque vero titulum medio fere saec. IV° antiquiorem esse efficimus e vs. 7/8, si modo nomen *Ἀν-[δρίωνα Παυσανίου Π]ελλανέα* recte supplevimus. Notus enim est *Παυσανίας* quidam *[Ἀν]δρίωνος Πελλανεύς* e titulo Epidaurio [3]), qui propter litteraturae rationem saeculi III^1 parti priori tribuendus est. Graecis autem sicut nostratibus nec non multis aliis gentibus in usu esse atque fuisse filio nomen indere avi nemo nescit [4]). Quapropter Andrionem nostrum patrem habendum esse illius Pausaniae, qui Epidauri proxenia praeditus fuit, eumque saeculi quarti parte posteriore vixisse, veri non est dissimile. Tum conferas velim vs. 4/5, ubi verba *[ἐπὶ τεῖ ἀπο]στολεῖ* haud inepte suppleri posse videntur. Haec autem forma dativi sing., quamquam iam inde ab initio saeculi IV^1 hic illic occurrit [5]), tamen post medium fere eius saeculi demum saepius adhibetur [6]). Postremo videamus, quid historia urbis Pellenes ad aetatem nostri tituli accuratius definiendam suppeditet [7]).

Anno 369/8 Athenienses et Lacedaemonii nec non socii utrorumque foedus fecerunt, ut Thebanorum opibus in dies crescentibus resisterent [8]). Itaque Epaminonda a. 368 iterum Peloponnesum invadere parante montem Oneum prope ab urbe Corintho occupaverunt, idque *Λακεδαιμόνιοι καὶ Πελληνεῖς κατὰ τὸ ἐπιμαχώτατον* [9]). Nec tamen, quominus Epaminondas irrumperet, impediverunt, qui deinde Arcadibus cete-

---

[1]) cf. Larfeld, *Handbuch* II, p. 809, Kirchner ad IG II^2 493 et 495, Schmitthenner, *De Coronis* p. 23. [2]) cf. Kirchner, IG II^2 pars IV fasc. I, p. 53. [3]) IG IV Add. p. 384, 925, vs. 56. [4]) de hac aliisque rationibus nominis dandi cf. H. van Gelder, Iets over de Grieksche Eigennamen, *Med. Kon. Akad. v. Wetensch. Amsterdam*, Deel 53 Ser. A (1922) p. 91 sqq., n. 4. [5]) antiquissimum exemplum exhibet decretum anni 387/6 IG II^2 29. [6]) iam inde ab a. fere 300 forma in *-ει* multo fuit usitatior quam forma in *-ῃ*; cf. Meisterhans, *G.A.I.*^{3} p. 38/9, n. 8/9. [7]) de historia urbis Pellenes optime meritus est B. Haussoullier in libro doctrinae, prudentiae, sagacitatis pleno, cui titulus Traité entre Delphes et Pellana, *Biblioth. de l'École des Hautes Études*, fasc. 222 (1917), p. 151 sqq. [8]) Xen. Hell. VII. 1. 1—14. De rebus ea aetate gestis nuper disseruit Beloch, *Griech. Gesch.* III^2 1, p. 179 sqq., III^2 2, p. 238 sqq., qui alteram Thebanorum excursionem assignavit a. 369. [9]) Xen. *l. c.* § 15.

risque sociis adiuvantibus Pellenen aggressus est [10]). Quam urbem sive vi sive persuasione Thebanis adscitam esse iam inde intelligi potest, quod in numero eorum, quibuscum Sicyoni praefectus dux Thebanus proximo anno Phliunta aggressus est, Pellenensium quoque mentio fit [11]). Sed brevi post Pellenenses magna clade bello Phliasio accepta [12]) in Lacedaemoniorum societatem redierunt [13]), quibuscum una etiam Athenienses tunc contra Thebanos stabant. Ex eo fere tempore inter Pellenenses Atheniensesque per multos annos gratiam amicitiamque fuisse, quamquam historiam urbis Pellenes parum cognitam habemus, tamen non desunt, quae demonstrare videantur. Primum ad foedus, quod Athenienses a. 362 post pugnam ad Mantineam commissam cum multis civitatibus fecerunt [14]), Achaei quoque accesserunt, non exceptis, ut credere licet, Pellenensibus. Tum anno 352 temporibus belli sacri, quod dicitur, Achaei, quorum in numero nimirum erant Pellenenses, una cum Atheniensibus et Lacedaemoniis Phocensibus contra Philippum auxiliati sunt [15]). Nonnullis vero annis postea artam necessitatem inter ambas civitates intercessisse iam pro certo constat. Nam a. 345/4 Pellenenses Athenas legatos miserunt, quos non infecta re abiisse, etsi, quid consilii habuerint, nescimus, tamen inde efficias, quod Athenienses decretum de Pellenensibus ipso illo anno factum proximo anno incidendum curaverunt: [ὅπως ἂν ἡ πόλις τῶν Π]ελλο[νέων διατελῇ ἀεὶ φίλη οὖ]σα καὶ ε[ὔνους τῶι δήμωι τῶι Ἀθην]αίων κα[θάπερ ἐν τῶι πρό-τερον χρ]όνωι [16]). Itaque Pellenenses quoque participes fuisse foederis, quod Athenienses a. 343/2 cum Arcadibus Mantiniensibus *Achaeis* aliis fecerunt [17]), eosdemque fuisse in numero Achaeorum, qui ad societatem Demosthene auctore anno fere 340 factam accesserunt [18]), quique a. 338 una cum Atheniensibus ad Chaeroneam contra Philippum pugnaverunt [19]), veri est simillimum. Anno 336 Pellenenses Philippo mortuo a Macedonibus defecisse suspicari licet, nam proximo anno Alexander in Peloponnesum profectus tyrannum eis imposuit Chae-

---

[10]) ib. § 18. [11]) ib. 2. 11: *ἐστράτευσεν εἰς τὸν Φλιοῦντα ὁ ἐν τῶι Σικυῶνι ἄρχων Θηβαῖος, ἄγων - - - καὶ Πελληνέας.* [12]) ib. § 14. [13]) ib. IV. 17: *ἤδη* (a. 365) *γὰρ πάλιν προσεκεχωρήκεσαν οἱ Πελληνεῖς εἰς τὴν τῶν Λακεδαιμονίων συμμαχίαν.* [14]) IG II² 112 (= *Syll.*³ 181, Hicks-Hill 119, v. Scala, *Staatsvertr.* 174, Nachmanson, *Hist. Att. Inschr.* 34). De tempore tituli recte egit P. Foucart, *Rev. Arch.* XXXIII 1898, p. 313 sqq.; foedus ante pugnam factum esse nuper demonstrare studuit Beloch, *Griech. Gesch.* III² 2, p. 245. [15]) Diod. XVI. 37. 3. [16]) IG II² 220, vs. 15 sqq. [17]) cf. schol. ad Aeschin. III. 83: *Ἀθηναῖοι ἐπὶ Πυθοδότου ἄρχοντος* (a. 343/2) *- - ἔπεμψαν πολλαχοῦ τῆς Ἑλλάδος πρεσβείας περὶ συμμαχίας- - . ἐγένοντο μὲν οὖν τότε σύμμαχοι Ἀχαιοί κτλ.* Huc pertinet decretum IG II² 225. [18]) Dem. XVIII. 237, Plut. Dem. 17. 5. [19]) Paus. VII. 6. 5.

ronem[20]), seditionis, opinor, ulciscendae causa. Dum Chaeron ille tyrannus fuit, Pellenenses omni defectione sese abstinuisse videntur; nam neque bello anno 332/1 duce Agide Lacedaemoniorum rege gesto[21]), neque bello Lamiaco, quod a. 323 Alexandro mortuo exarsit[22]), interfuerunt. Quamdiu Chaeron tyrannidem tenuerit, pro certo dici non potest, sed eum anno 313 demum ab Antigono exactum esse probabiliter coniecit Niese[23]). Quae coniectura si recta est, Pellenenses usque ad hunc annum a Macedonibus stetisse atque Cassandro regni procuratori obnoxios fuisse opinari consentaneum est. Post annum 313 modo Cassander, modo Antigonus in Peloponneso superiores fuerunt[24]), sed utra ab parte Pellenenses iam steterint, prorsus incertum est.

Haec si recte disputata sunt, tituli nostri aetatem iam paulo accuratius definire possumus.

Decretum circiter inter annos 365 et 335, quo tempore Pellenenses et Athenienses socios amicosque fuisse commemoravi, referendum esse verisimillimum videtur. Fortasse factum est a. 345 atque ad easdem res pertinet, de quibus agit titulus IG II² 220, de quo supra dixi. Nam legatos illos de *συμβόλοις*, quorum nostri tituli vs. 4 sermo esse videtur, egisse suspicari licet. Quid sint *σύμβολα*, optime explicavit Harpocration s. v.: *τὰς συνθήκας, ἃς ἂν αἱ πόλεις ἀλλήλαις θέμεναι τάττωσι τοῖς πολίταις ὥστε διδόναι καὶ λαμβάνειν τὰ δίκαια*; vim verbi haud ineleganter expressit Livius XLI. 24. 16 hisce: commercium iuris praebendi repetendique. Continebant haec pacta leges iuris civilis, praesertim de furto manifesto et non manifesto, de reciperatione, etc.[25]).

Ceterum fieri etiam potest, ut tale quid pactum sit, cum Demetrius Phalereus, Cassandri cliens, Athenis imperitabat (317—307), quo tempore Athenienses commercio mercaturaque admodum florebant. Pellenenses quoque Chaerone tyranno Cassandro obnoxios fuisse veri simile est. Quare etiam inter annos 317 et 313 decretum referri posse videtur. Scripturae autem rationem priori opinioni favere putaverim. Quamquam litteraturam Atticam medii saec. IV[i] a litteratura saec. IV[i]

[20]) cf. Pausan. VII. 27.7, Dem. XVII. 10, Athenae. XI. p. 509B.

[21]) Aeschin. III. 165: *συμμετεβάλοντο καὶ Ἀχαιοὶ πάντες πλὴν Πελληνέων.* [22]) non occurrunt Pellenenses inter socios, quos enumerant Diod. XVIII. 11. 1-2, Pausan. I. 25. 4. [23]) *Gesch. d. Griech. u. Makedon. Staaten* I, p. 287, not. 2. [24]) cf. e.g. Diod. XIX. 87, XX. 19, 102-103. [25]) cf. Sonne, *De arbitris externis*, diss. Gottingae 1878, Hitzig, *Altgriech. Staatsverfr. über Rechtshilfe*, Caillemer, *Dict. d. Antiquit.* II 1, p. 184 sqq., Thalheim, *R.E.* V. 545 sq., Lipsius, *Das Attische Recht u. Rechtsverf.* p. 965 sqq., Haussoullier, *op. cit.* p. 115 sqq. Nova huius rei exempla attulit *S.E.G.* II. 272 sqq.

exeuntis me quidem saepe non satis diligenter distinguere posse facile concedo. Quapropter iam eis viris doctis, qui per longam seriem annorum titulis Atticis operam dederunt, decreti aetatem e litteratura accuratius definiendam mando.

Singulos versus vicenarum quaternarum litterarum fuisse apparet e vs. 8 sqq., quippe quos certis formulis supplere possimus. Nec tamen tituli initium perfecte restituere mihi contigit. Agi videtur de Pellenensibus laudandis, quod aut legatos qui de pacto ineundo agerent, aut arbitros, qui e pacto iam prius constituto de quibusdam rebus iudicarent, Athenas miserint. Vs. 1/4 tale quid temptaveris: [ἐπαινέσ]α[ι δὲ τοὺς Πελλα|νέας ὅτι ἐπο]ήσα[ντο πλείστην | ἐπιμέλεια]ν, ὅπως [ἂν κύρια ᾖ κ|αὶ βέβαια] τὰ σύμβ[ολα] vel ὅπως [ἂν κάλλιστα | διορθωθῆι] τὰ σύμβ[ολα] vel ὅπως [ἂν πάντες εἰδῶσι ὅτι] κτλ. Conferri iubeo *Syll.*[3] 658, vs. 2 sqq.: ἐπειδὴ -- ὁ ἐξαποσταλεὶς ὑπὸ τοῦ δήμου ἐπὶ τὴν διόρθωσιν τοῦ συμβόλου [-- ἀ]νὴρ ἀγαθός ἐστιν, IG II[2] 466[b], vs. 32 sq.: ὅπως δ' [ἂν κα]ὶ τὰ σύμβολα κύρια ᾖ τὰ πρὸς Τηνίους. Possis etiam supplere συμβ[όλαια], cf. e. g. *S.E.G.* I. 363, vs. 2 sqq.: ὅπως οἱ παραγενόμενοι δικασταὶ ἐπὶ τὰ μετέωρα συμβόλαια -- τιμηθῶσιν. Vs. 5 exspectes ἐπαινέσαι δὲ τὴν πόλιν τὴν Πελλανέων ἐπὶ τεῖ ἀποστολεῖ τοῦ ἀνδρός vel τῶν ἀνδρῶν; similia leguntur *Syll.*[3] 545, vs. 28 sqq. Vs. 5/6 fortasse aliquid tale: [πρὸς τοὺς πα|ραγενομ]ένους ε[ἰς τὴν πόλιν].

Vs. 9: pretium coronae certa ratione definiri nequit, sed ea aetate, qua decretum factum esse censeo, Athenienses coronam mille vel quingentarum drachmarum ferme dono dabant.

Vs. 10: possis etiam restituere formulam usitatiorem ἀρετῆς [ἕνεκεν καὶ φιλοτιμ]ίας; sed formam ἕνεκεν saec. IV° non nisi raro adhibitam esse docuit Meisterhans, *G.A.I.*[3] p. 216, n. 25.

Vs. 11: incidit lapicida Λ pro eo quod debebat Α; cuius vitii sescenta e saeculo quarto exempla exstant.

V. — Cives Prienenses a. 307/6 ab Atheniensibus laudantur.

Tabula marmoris Pentelici a tribus partibus mutila, superne marginem servans. Alt. o^m 27, lat. o^m 18, crass. o^m 07, alt. litt. o^m 006, interv. vers. o^m 005. Reperta in ruderibus scholae Turcicae, cui nomen erat *Medresse* [1]; a. 1915 cum aliis titulis translata in *Horologium Andronici*, ubi tit. a. 1921 exscripsi. Mentionem fragmenti fecit v. cl. Ad. Wilhelm, *Ath. Mitth.* XXXIX 1914, p. 281, ubi hunc titulum pertinere ad tit. IG II² 566 indicavit. Quod veremur, ut recte dictum sit, non solum quia lapidum crassitudo diversa est, sed etiam quia alii in hoc, alii in illo titulo honorati esse videntur, nec non, si modo recte nostrum fragmentum supplevimus, in hoc 34—43, in illo titulo 49—52 litteras singuli versus continent.

```
        ΕΥΣΙ                ΜΑΚΑΡΕΙΔ
          ΙΕΚΑΤΟΜΒΙΟΥ          Η Γ
        \ Γ Δ Ξ ΙΚΡΑΤΟΥΣΑΡ
        ΥΔΗΜΟΥΕΓΙΤΗ ⊏ Γ Γ Ο (
 5      √ΕΙΑΣΕΙΑΥΣΙΑΔΝΟΘ
       ΤΕΥΕΝΕΛΑΦΗΒΟΛΙΩΝ
       ΑΤΟΚΛΗΣΕΥΘΥΔΗΜΟΥ
      \ ΑΚΑΡΕΥΣΚΑΙΜΝΗΣΕΑ
       ΟΝΟΙΓΑΤΕΡΕΣΑΥΤΩΝ
10     ΣΕΓΡΑΤΤΟΝΕΝΓΑΝΤΙ
       ΕΑΥΤΩΝΑΓΑΘΟΝΟΤΙ
      ΟΥΑΘΗΝΑΙΩΝΚΑΙΤΟΙΣΕΣ
        ΙΣΙ  ΙΕΓΕΝΟΝΤΟΚΑΙΙΛ
15            ΟΥΜΓΡΑΤΤΟΥ
                 ΙΚΑΙ
```

[Πριην]εῦσι^{υυυυ} Μακαρεῖ Δ[υκωπάδου],
[Μνησέα]ι Ἑκατομβίου, ^{υυ}Ηγ|---.
[Ἐπὶ] Ἀναξικράτους ἄρ[χοντος, κατὰ τὸ ψήφισ]-
[μα το]ῦ δήμου, ἐπὶ τῆς [Ἱ]ππο[ωντίδος δεκάτης πρ]-

---

[1]) cf. Πρακτικά 1914, p. 125, *Arch. Anz.* 1915, p. 181. — Gratias ago v. d. A. D. Keramopoullo, qui de hoc titulo me admonuit.

[ντα]νείας, εἶ Λυσίας Νοθ[ίππου Διομεεὺς ἐγρα]-
[μμά]τευεν· Ἐλαφηβολιῶν[ος - - - - ἱσταμένου]·
[Στρ]ατοκλῆς Εὐθυδήμου [Διομεεὺς εἶπεν· ἐπει]-
[δὴ] Μακαρεὺς καὶ Μνησέα[ς καὶ Ἡγ]ι - -, καθάπερ πρό]-
[τερ]ον οἱ πατέρες αὐτῶν, [τὴν φιλίαν διατηροῦν]-
[τε]ς ἔπραττον ἐν παντὶ [καιρῶι φιλοθύμως καὶ ἀξ]-
[ίως] ἑαυτῶν ἀγαθὸν ὅ,τι [ἐδύναντο ὑπὲρ τοῦ δήμ]-
[ου τ]οῦ Ἀθηναίων, καὶ τοῖς ἐσ[ταλμένοις ἐκεῖσε πρέσβε]-
[σι χρ]ήσι[μο]ι ἐγένοντο καὶ ἰδ[ίαι αὐτοῖς προθύμως, εἴ]
[τινος δέοιντ]ο, συμπράττον[τες καὶ δημοσίαι πολλὰς]
[χρείας παρεχόμενο]ι, καὶ - - -

Hoc decretum Anaxicrate archonte factum esse versus tertius nos edocet atque e nomine scribae, vs. 5 pro certo suppleto, priorem huius nominis archontem hic designari, titulum igitur a. 307/6 attribuendum esse, apparet. Iam de rebus illo ipso anno gestis breviter videamus.

Dum Athenienses dominationem Demetrii Phalerei, quamvis egregie civitatem gubernantis, graviter ferunt, πέμπτῃ φθίνοντος Θαργηλιῶνος (i. e. circiter Idus Iunias) anni 307 Demetrius Antigoni filius Piraeum appulit seque a patre missum esse, ut Atheniensibus libertatem, quam a maioribus accepissent, redderet, proclamavit.[2]) Quod cum audivissent Athenienses, statim ad eum defecerunt; Phalereus tum legatos misit, qui de urbe tradenda agerent. Quibus benigne auditis Demetrius Phalereo incolumitatem pollicitus Aristodemum Milesium amicum paternum Athenas misit. Nam ipse priusquam Munichiam, ubi a Macedonibus praesidium erat collocatum, expugnavisset, urbem intrare noluit atque Munichiam obsidione clausit. Quae obsidio cum tardius procederet, brevi post Demetrius consilium mutavit atque parte copiarum Munichiae relicta cum maiore exercitus parte profectus ineunte novo anno Attico Megara cepit[3]). Deinde Munichiam reversus castellum expugnavit. Quo facto tandem ipse Athenas ingressus est, ubi summa omnium voluntate receptus „συναγαγὼν τὸν δῆμον ἀπέδωκε τὴν πάτριον πολιτείαν"[4]). Inter honores, quibus Athenienses libertatis vindicem cumulaverunt, princeps habenda est institutio duarum novarum tribuum, quibus nomina Antigoni et Demetrii imposita sunt; inde ab eo tempore

[2]) Plut. vita Demetri 8. 5-7. [3]) cf. Philoch. frg. 144 (= *F.H.G.* I p. 408): τοῦ γὰρ Ἀναξικράτους ἄρχοντος εὐθὺ μὲν ἡ Μεγαρέων πόλις ἑάλω; de rebus ea aetate gestis cf. B. Niese, *Gesch. d Griech. und Maked. Staaten etc.*, I, p. 312 sqq., J. Kaerst, *Gesch. d. Hellen. Zeitalt.* II 1, p. 65 sqq. [4]) Plut. *l. c.* 10. 1.

XII tribus Athenis fuerunt. Novarum tribuum tribules iam a. 307/6 muneribus suis functos esse e praescripto tituli IG II² 458 apparet, ubi legimus: ἐπ' Ἀναξ[ικράτους ἄρχοντος] ἐ[π]ὶ τῆς Ἀντιγονί̣δ[ος ὀγ]δ[οί̣η]ς [πρ]υτανείας. Ceterum de huius anni chronologia vide quae infra disputavi.

Iam vero exploremus, num quid causae esse potuerit, cur a. 307/6 Athenienses cives Prienenses honoribus afficerent [5]).

Vetus inter ambas civitates usus et commercium intercedebat inde ab illo tempore, quo Prienenses quoque ad primum foedus maritimum se applicaverant; eorum nomen a. 450 primum in catalogis tributariis comparet. Haec Prienensium cum Atheniensibus necessitudo usque ad initium belli Deceleici, cum urbes Ionicae a Pharnabazo et Tissapherne denuo sub imperium Persicum redactae sunt, permansisse videtur. Post Cyri obitum, ad quem praeter Miletum omnes defecerant, Ionicae urbes fidem Lacedaemoniorum imploraverunt, quorum in tutela per quattuordecim fere annos fuerunt; postremo pace Antalcidea a. 386 facta sub regis imperium redierunt. Persarum sub dominatione medio fere saeculo quarto urbs Priene magnopere refloruisse videtur. Rudera urbis eo ipso tempore Pytheo architecto reconstructae a Germanis effossa et investigata illustri documento sunt, quid in urbibus apte eleganterque aedificandis Graeci potuerint [6]). Athenienses ex insula Samo, quae urbi Prienae proxima est quamque in insulam a. 365 cleruchiam deduxerant [7]), Prienenses urbem suam reconstruentes adiuvisse conicias. Nam tunc maxime Athenienses in Asia quaedam molitos esse argumento est pactum, quod circ. a. 349/8 cum Oronte Mysiae satrapa inierunt [8]). Non multo postea Prienenses ab Alexandro Persico iugo liberatos pristinam cum Atheniensibus amicitiam repetivisse tituli demonstrant: circ. a. 330/29 Philaeus Philistidis f. Atheniensis a Prienensibus civitate aliisque honoribus afficitur [9]), circ. a. 326/5 quinto quoque anno ad ludos Panathenaicos legationem mittere tamquam μνημεῖον τῆς ἐξ ἀρχῆς συγγενείας καὶ φιλίας Prienenses decreverunt, praeterea ut singulis Atheniensibus civitas, isotelia, aliaque privilegia essent [10]). Quae beneficia iam prius data fuisse ipsa huius decreti verba docent; legimus enim vs. 7 civitatem etc. Athe-

[5]) de historia Prienes cf. Th. Lenschau, De rebus Prienensium (= *Leipziger Studien* XII, 1890), p. 111 sqq., et F. Hiller de Gaertringen in prolegomenis operis, quod inscribitur „*Inschriften v. Priene*", p. V sqq.

[6]) cf. Erichi Ziebarthi lepidissimum libellum, qui inscribitur *Kulturbilder aus griech. Städten*, p. 48 sqq. [7]) cf. p. 14, not. 30; vid. etiam *S.E.G.* I. 349 sqq. [8]) cf. IG II² 207. [9]) *Inschr. v. Pr.* 6. [10]) ib. 5.

niensibus dari καθάπερ καὶ πρότερον ὑπῆρχεν αὐτοῖς. Brevi post altera civitas alteram fortunam secuta est. Nam Alexandro mortuo Priene imperio regis Antigoni adiuncta est, Athenis Demetrius Phalereus, Cassandri cliens, imperitabat. Vix autem a. 307 Demetrius Antigoni filius Athenas liberaverat, cum veteres inter civitates Asiaticas Atheniensesque necessitudines redintegrantur. Exstant praeter duo decreta de Colophoniis a. 307 et 306 facta [11]) non minus quattuor decretorum in honorem civium Prienensium reliquiae, quorum, quamquam praescripta perierunt, litterarum tamen formae saeculum quartum exiens aperte arguunt. Hisce decretis fragmentum nostrum consimile est, quamquam cum nullo ex eis coniungi potest [12]). Ceterum haec quattuor decreta ad unum omnia agunt de legatis a Prienensibus Athenas missis laudandis. Itaque conicere in promptu est in nostro quoque titulo de eiusmodi legatis laudandis agi. Tamen haud scio an aliam nostri fragmenti interpretationem vs. 12/15 suggerant, de qua infra fusius videbimus.

Iam perscrutemur singula.

Vs. 1/2: decretis honorariis saepe breve aliquod argumentum superscribitur. Quae argumenta plerumque nil exhibent nisi nomen eius, qui laudatur, saepius in casu genetivo positum, rarius in casu nominativo vel dativo; nomen patris patriaeve vel horum utriusque addi solet [13]). Nonnumquam etiam additur honor, quo quis afficitur. Lacuna autem in fine vs. 2, ubi per sedecim maxime litteras et maior pars ipsius nominis et patris nomen supplenda sunt, eiusmodi additamento, quale est προξενία [14]), satis spatii praebere mihi quidem non videtur. — Macareus Lycopadis f. Prienensis exeunte saec. IV° in patria sua fuit στεφανηφόρος [15]), quo nomine summus Prienensium magistratus designabatur. Recte v. d. Th. Lenschau, qui in libro supra citato (cf. not. 5) de titulis Prienensibus optime meritus est, Macarei nomen restituit

---

[11]) IG II² 456, 470. [12]) cum IG II² 564 (= *Inschr. v. Pr.* 486) coniungi non potest, quia in hoc decreto de uno tantum viro laudando agitur, in nostro de pluribus; ad IG II² 565 (= *Inschr. v. Pr.* 487), 566 (ib. 485), 567 non pertinere diversa lapidum crassitudo et dispar in singulis titulis litterarum numerus evincunt.

[13]) huius rei exempla enumeravit Larfeld, *Handbuch* II, p. 593 sqq.

[14]) cf. IG II² 130, 133, 136, 161, 162, 205, 231, 339, 357. In omnibus his titulis vox proxenia nomini proprio in casu *dativo* posito adicitur. Quapropter etiam IG II² 344, 368, 416, 419 non cum Kirchnero casum genetivum, verum dativum restituendum esse pro certo habeo. [15]) cf. *Inschr. v. Pr.* 37 (= *Brit. Mus. Inscr.* CCCCIII), vs. 65, 125; a. 304 eum munere functum esse putat Hicks, c.a. 300 Lenschau, *op. cit.* p. 200.

in titulo, qui nunc legitur IG II² 566, vs. 15/16. Ipsum nomen proprie erat herois [16]), de qua ratione nominandi cf. Bechtel, *Hist. Personenn.* p. 571 sqq. Nominis *Λυκωπάδης* alterum exemplum afferre non possum [17]); nimirum derivatum est a *Λυκώπας* (Theocr. V. 62), ut *Βορεάδης* a *Βορέας* [18]). — Forma nominis *Μνησέας* nusquam alibi inveniri videtur; forma Dorica *Μνασέας* saepe occurrit, formam Ionicam *Μνησεύς* legimus ap. Plat. Critia. 114b, *S. G. D. I.* 5675 (ex Chio). — *Ἑκατόμβιος* (nomen non nisi hic legitur) is vocatur, qui ludis Hecatombaeis natus vel Apollini Hecatombaeo consecratus est [19]). — Ultima littera vs. 2 quaenam fuerit, satis dilucide discerni non potest; aut fuit H, ut suppleas e. g. *Ἡγη[σίας]* [20]), aut I, velut *Ἡγίας* [21]), aut E (quod ectypo commendari videtur), e. g. *Ἡγέλοχος* [22]) vel *Ἡγέπολις* [23]).

Vs. 3/4: prorsus eadem verba pro certo suppleta sunt in tit. eiusdem anni IG II suppl. p. 181, 733, vs. 4/6: *ἐπ' Ἀναξικ[ράτους ἄρχοντος, Γ]αμηλιῶνος ὑστ[έρου - - -, κατὰ τὸ ψήφισ]μα τοῦ δήμο[υ]*. Post *ἄρχοντος* exspectes additum esse *ἔδοξεν τῆι βουλῆι*, cf. IG II² 77₂ *[ἔδ]οξεν [τῆ]ι βουλῆι κατὰ τὸ το[ῦ δήμου ψήφισμα]*. Sed eiusmodi omissiones et inconstantiae, quae in titulis anni 307/6 complures occurrunt, haud scio an turbido Atheniensium rei publicae statui imputandae sint. De supplenda voce *[δεκάτης]* in fine vs. 4 vide quae infra exposui.

Vs. 5: *Ἀυσίας Νοθίππου Διομεεύς* fuit scriba a. 307/6; cf. *P. A.* 9370.

Vs. 6: dies mensis solus commemoratur, dies prytaniae deest.

Vs. 7: *Στρατοκλῆς Εὐθυδήμου Διομεεύς* notissimus ea aetate fuit orator, de quo conferas *P.A.* 12938.

Vs. 8: post nomina ethnicum *Πριηνῆς* inserere spatium lacunae non sinit; nec mirum, nam in decretorum praefatione saepe ethnicum non additur, si modo infra post verba *δεδόχθαι τῆι βουλῆι* (vel *τῶι δήμωι*) is qui laudatur diligentius, i.e. ethnico et saepe etiam nomine paterno addito, definitur [24]).

Vs. 9/10: cf. tit. eiusdem anni IG II² 456, vs. 7 sq.: *[ἐπειδὴ - - Κολοφώνιοι διατ]ηροῦσιν τήν τε φ[ιλίαν καὶ οἰκειότητα τὴν εἰς τὸν δ]ῆμ[ον]*

---

[16]) cf. Schirmer ap. Roscher, *Lexikon* II, 2289 sq.

[17]) neque Bechtel, *Hist. Personenn.*, neque Pape-Benseler, *Wörterb. Griech. Eigenn.*, nomen exhibent. [18]) cf. Lenschau, *op. cit.* p. 186.

[19]) de similibus nominibus cf. Bechtel, *op. cit.* p. 522 sqq.; conferri possunt nomina *Ἀδρόμιος* (*C.I.G.* 3155₄: Smyrnae), *Μεταγείτνιος* (ib. vs. 3), *Ἀνθεστήριος* (IG II² 957₂₆: Athenis), *Θαργήλιος* (*S.G.D.I.* 5515₁₄: Iasi). [20]) idem nomen restitui potest IG II² 566₁₇, sed utique in genetivo: - - *ίλη[ν] Ἡγησι[ου]*; hic igitur Hegesias diversus est a nostro. [21]) cf. *Inschr. v. Pr.* 53₅, 313₈₈. [22]) ib. 42₂. [23]) ib. 53₅. [24]) e. g. IG II² 351, 483, 554.

τὸν Ἀθηναί[ων], ib. 566 (hunc quoque tit. a. 307/6 attribuendum esse verisimile est) vs. 4/6: [διατηροῦ]ντες τὴν ἐξ ἀρχῆς αὐτοῖ[ς ὑπάρχουσαν εὔνοιαν καὶ φιλίαν πρὸς] τὸν δῆμον. Pro φιλίαν etiam εὔνοιαν supplere possis; possis et: [τὴν εὔνοιαν διαφυλάττοντε]ς collato IG II² 237, vs. 9 sq.

Vs. 10/12: cf. IG II² 235₉: -- πρά[τ]τε[ι ὅ,τι δύναται] ἀγαθὸν ὑ[π]ὲ[ρ τοῦ δήμου το]ῦ Ἀθηναίων; similia IG II² 650₁₃, 655₇, etc. Loco [φιλοθύμως καὶ ἀξίως] ἑαυτῶν etiam cogitari potest de [ἀξίως τῆς πατρίδος (vel πόλεως) τῆς] ἑαυτῶν.

Vs. 12/5: inde ab hoc versu litterae minore inter se spatio exaratae sunt. Quid supplendum sit, dubito. Collatis quae leguntur IG II² 398₃: διατελεῖ χρήσιμο[ς ὢν καὶ κοινεῖ καὶ ἰδ]ίαι τοῖς ἀφι[κνουμένοις Ἀθηναίω]ν εἰς τὴν Ἀσί[αν], ib. 701₆: [διετέλει παρέχων χ]ρείας το[ῖ]ς ἀφικνου[μένοις Ἀθηναίων εἰς Τάραν]τα [25]), exspectes vs. 12 haec fere: τοῖς ἐς [Ἀσίαν (vel Πριήνην) ἀφικνουμένοις Ἀθηναίων]. Sed haec recipere veritus sum, nam quarto saeculo exeunte non iam ἐς, verum εἰς scribi solebat [26]). Supplere malui τοῖς ἐσ[ταλμένοις ἐκεῖσε (vel εἰς Ἀσίαν) πρέσβεσι]. Athenienses quoque nimirum legatos miserunt Prienen, per quos Prienensibus pristina privilegia restituerentur et nova quaedam decernerentur. Hosce legatos a Macareo cum suis comiter receptos fuisse atque adiutos ideoque Macareum cum suis ab Atheniensibus nostro decreto laudari conieceris. Forsitan illi legati eidem fuerint, quos Athenienses, ut gratum animum pro restituta libertate significarent, a. 307/6 ad Antigonum miserunt [27]); eos enim ad Antigonum tendentes per Samum Prienenque iter fecisse Prienensiumque hospitio usos esse suspicari possis. Cogitaveris etiam de rebus Athenis gestis, postquam Demetrius a patre revocatus contra Cyprum profectus est. Scimus enim Cassandrum tum Athenas aggressum esse [28]), Athenienses muros longos, qui dicebantur, restituisse [29]), arma comparavisse [30]), inter alios etiam a Colophoniis adiutos esse [31]). Itaque Athenienses Prienenses quoque tunc auxilium rogavisse, eaque auxilia auctoribus Macareo c. s. eis lata esse conici potest. Sed obstat, quod Demetrium ineunte demum vere anni 306 Athenis profectum esse satis constat [32]).

---

[25]) similia IG II² 493₁₅, *S.E.G.* I 358₄, etc. [26]) recentissimum formae ἐς exemplum inveniri in decreto anni 334 mihi auctor est Meisterhans, *G.A.I.*³, p. 214, not. 1718. [27]) cf. Diod. XX. 46. 2-4.

[28]) cf. Koehlerum ad IG II² 467. [29]) cf. IG II² 463. [30]) cf. IG II² 468, vid. II¹ 733B. [31]) cf. IG II² 470*b*₁₂. [32]) Demetrium ineunte anno 306 discessisse opinantur Droysen, *Gesch. d. Hellenism.* III p. 124 sq. et Kaerst, *R.E.* IV. 2774 sq., post Dionysia demum conicit Niese, *op. cit.* I. p. 317, not. 3, cui assentior coll. Paus. I. 6. 6: διελθόντος δὲ τοῦ χειμῶνος Δημήτριος πλεύσας ἐς Κύπρον κτλ.

Quapropter nostrum decretum, quod mense Elaphebolione, i. e. m. Martio-Aprili, factum est, huc referre vereor; unum autem alterumve ex reliquis quattuor decretis supra laudatis huc pertinere conicio.

Videamus denique de fastis anni 307/6, de quibus sagacissime disseruerunt Koehler[33]) et Kirchner[34]). Quorum ille statuit hunc annum ex fastorum ordine debuisse esse communem, i.e. 354 dierum[35]), sed propter res gestas, de quibus supra commemoravi, extra ordinem mensem post Gamelionem intercalatum fuisse, eo nempe consilio, ut novae tribus pari iure atque pristinae prytania fungerentur. Quod colligi potest e titulo IG II supp. p. 181, 733, vs. 1/3: *ἐπὶ Ἀναξικ[ράτους ἄρχοντος, Γ]αμηλιῶνος ὑστ--*, ubi *ὑστ[έρου]* supplendum esse manifestum est, cf. IG II² 381_5 (= 382_6) *Ποσιδεῶνος ὑστέρου τ[ετρά]δι ἐπὶ δέκα*, IG XII 5, 135_2 *Θαργηλιῶνος ὑστέρου τετράδι ἱσταμένου*. Fuit igitur annus 307/6 384 vel 385 dierum. Iam conferas velim decretum admodum mutilum IG II² 462, unde apparet mensis Elaphebolionis in parte prima — nam *- - ου*, quod vs. 5 in lapide exstat, non nisi per *[ἱσταμέν]ου* suppleri potest — prytaniam *- εκάτην*, h.e. aut X^am^ aut XI^am^ aut XII^am^ munere suo functam esse. Post Elaphebolionem tres menses (Munichion, Thargelion, Scirophorion), i.e. circiter nonaginta dies, sequi debebant, qui iustum annum complerent. Itaque, si pryt. XII^a^ munus suum iniisset ultimo *Ἐλαφηβολιῶνος ἱσταμένου* die, ita ut adhuc circ. viginti dies huius mensis restarent, huic prytaniae circ. 110 dies obtigissent, quod absurdum est. Neque multo minus absurdum est eos centum decem dies inter duas tantum tribus, quae singulae quinquagenos quinos dies haberent, divisos fuisse. Quapropter Kirchnerum IG II² 462_5 rectissime *[δ]εκάτης* supplevisse itemque nostri fragm.

---

[33]) IG II suppl. p. 68, 240*b*. [34]) *S.B. Akad. Berlin* 1910, p. 982 sqq., idemque ad IG II² 456. In una re Kirchnero non assentior. Putat enim vir doctissimus (cf. ad IG II² 456 et 946) verba IG II² 458 vs. 4/5 *Γαμηλιῶνος δευτ[έ]ραι ἱ[μ]βολίμωι* diem quendam indicare mensis Gamelionis intercalati. Immo agitur de die quodam intercalato mensis Gamelionis.

[35]) cf. Ad. Schmidt, *Handbuch d. Griech. Chronologie* p. 561. Ceterum de cyclo illo intercalari undeviginti annorum, quem tribuunt Metoni, inter viros doctos magnopere discrepare vix est, quod moneam. Certo quodam ordine menses intercalares per XIX annos distributos fuisse opinantur Beloch, *Klio* I 1901, p. 401 sqq., Maltezos, *Ἐφ. Ἀρχ.* 1908, p. 283 sqq., Sundwall, *Öfversigt af Finska Vetenskaps-Societ.* Förhandl. LII 1910, B$_3$, nullo certo ordine interpositos fuisse minus probabiliter statuunt Kolbe, *Attische Archonten*, p. 5, Ferguson, *Univ. of Californ. Publicat.* III 1908, p. 386 sqq. Plura hac de re lubricissima ap. Ginzel, *Handbuch d. Mathem. u. Techn. Chronologie*, II, p. 399 sqq. (vid. p. 489 sq.), Ad. Schmidt, *op. cit.* p. 434 sqq.

vs. 5 [δεκάτης] supplendum esse pro certo habeo. Decimam autem prytaniam tribus Hippothontidis fuisse e nostro fragmento apparet.

Haec si recte disputata sunt, in nonnullis aliis titulis anno 307/6 tribuendis pauca quaedam corrigenda sunt.

IG II² 461 legendum est:

[Ἔδοξεν τῶι δήμωι· ἐπ' Ἀναξικράτους] στοιχ. 28.
[ἄρχοντος, ἐπὶ τῆς Ἱπποθωντίδος δε]-
[κάτης πρυτανείας, ἧι Δυσίας Νοθίπ]-
[π]ου Δ[ιομεεὺς ἐγραμμάτευεν· Ἐλαφη]-
5 [β]ολιῶνο[ς κτλ.]

IG II² 462 restitui potest:

[Ἐπ' Ἀναξικράτους ἄ]ρχοντος, ἐπὶ τ- στοιχ. 26
[ῆς Ἱπποθωντίδος δ]εκάτης πρυτα-
[νείας, ᵛᵛ ἧι Δυσίας] Νοθίππου [Δ]ι[ο]-
[μεεὺς ἐγραμμάτευε]· Ἐλα[φηβολιῶ]-
[νος κτλ.]

IG II² 460 iam suppleveris:

[Ἐπὶ Ἀνα]ξικράτο[υς ἄρχοντος, ἐπὶ τῆς Ἱπποθωντ]-
[ίδος δε]κάτης πρυ[τανείας κτλ.] στοιχ. 36

Quae vs. 1 supplevi spatium legitimum una littera excedunt, sed lapicidam, ut fit, alicubi in tituli parte suppleta duas litteras (videlicet I et Γ, cf. IG² II 412_{12}) in unius litterae spatio exarasse verisimillimum mihi videtur.

IG² II 455, vs. 1 sq. ne nunc quidem certa ratione suppleri possunt. Singulos versus quadragenarum ternarum fuisse litterarum efficimus e vs. 7. Nec tamen vs. 1/2 verba [ἐπὶ Ἀναξικράτους ἄρχοντος ἐπὶ τῆς Ἱπποθω]ν|[τίδος δευτέρας πρυτανείας - -] cum Larfeldo suppleri posse e nostro titulo apparet. Iam utrum supplendum sit: [ἐπὶ Ἀν. ἄρχ. τῆς Πανδιο]ν|[ίδος ἓν(vel δω)δεκάτης πρυτανείας], an [τοῦ δεῖνος, τοῦ δεῖνος, τοῦ δεῖνος, ethnicum - - ω]ν, legentibus diiudicandum trado.

VI. — Fragmentum catalogi rerum sacrarum ἐκ τοῦ Παρθενῶνος circiter anno 400 traditarum.

Inv. n. 2646; olim in arce. Fragmentum tabulae marm. Hymettii, cuius margo a dextra servatus. Alt. 0m 26, lat. 0m 25, crass. 0m 105, alt. litt. 0m 008 interv. vers. 0m 005.



```
                ⌒ N H ⌒   Λ ⌒ ⌒ | || Γ
   H Γ A P A M H Θ Y M N A I Ω N
O Σ E Γ Λ E Σ B O K P A N O Σ
T Y Λ I O N E X Ω N A Σ T A Θ M
  / A P I Θ M O Σ P O Δ Ω N △ △
    ` I Δ I A Δ I A Λ I Θ A Σ Y
        Y T Ω N ⊓ Γ ⊢ ⊢ ⊢ O P M
          △ △ Σ T A Θ M O N T O
          ) ⌄ T O △ △ △ △ Γ ⊢
              M O Σ Γ Σ T A Θ
                A Θ M O N T O
                  Λ I Θ Ω X P
                  ∧ △ ||| Σ T
                    ı N H H ⊓
                      P O N
```

στοιχ. 45-47

[- κρ]ά̣νη χ̣[α]λκᾱ̣ ||| · π-
[ήληξ χαλκῆ ....[7]... · συβήνη ἐλεφαντίνη] ἡ παρὰ Μηθυμναίων
[ἐπίχρυσος· ἐγχειρίδιον· ἀσπὶς ἐπίσημ]ος ἐγ Λέσβο· κράνος
[Ἰλλυρικὸν χαλκῶν· ὄνυξ χρυσῶν τὸν δακ]τύλιον ἔχων, ἄσταθμ-
[ος οὗτος· ὅρμος χρυσῶς διάλιθος ὁ μείζω]ν, ἀριθμὸς ῥόδων △△,
[καὶ κριῶ κεφαλή |, σταθμὸν τούτων △△△· χρυ]σ̣ίδια διάλιθα σύ-
[μμεικτα πλινθίωγ καὶ τεττίγων, σταθμὸν το]ύτων ⊓ Γ ⊢ ⊢ ⊢ · ὅρμ-
[ος χρυσῶς διάλιθος ὁ ἐλάττων, ἀριθμὸς ῥόδων] △△, σταθμὸν το-
[ύτο ...· στέφανος χρυσῶς διάλιθος, σταθμὸν τ]ούτο △△△△Γ⊢·
[ὅρμοι πλατὲς διάλιθοι καὶ σκῦτος προσόν, ἀριθ]μὸς Γ, σταθ-
[μὸν τούτων ⊓ Γ · ἐνωιδίω διαλίθω χρυσώ, ἀριθμὸς ||, στ]αθμὸν το-
[ύτοιν △△⊢· σφραγῖδες περίχρυσοι Γ||| καὶ γρῦπε? δια]λίθω χρ-

[*νσὼ* II, *σταθμὸν τούτων* ΔΔΔΔ ...· *κυμβία λεῖα χρυσᾶ* Δ]ΔΔIII, *στ*-
[*αθμὸν τούτων* ΔΔΔΔΓΓΓ· *χρυσίδε δύο, σταθμὸν τούτο*]*ιν* HHP
15 [ΔΔΓΓΓ· *ἀκινάκης ἐπίχρυσος, ἄσταθμος· ὑάλινον ἀργυ*]*ρῶν,*
[*σταθμὸν τούτο* PIII· *πέταλα θάλλο χρυσᾶ* III *ἀπὸ τῶ στεφάνο,*]
[*ὃν ἡ Νίκη ἔχει ἡ ἐπὶ τῆς χειρὸς τῶ ἀγάλματος, σταθμὸν τού*]-
[*των* ΓΓIII].

Supersunt haec e catalogo rerum sacrarum Minervae. Recensentur res *ἐκ τοῦ Παρθενῶνος*, h.e. donaria, quae exeunte saeculo quinto e Parthenone, quem proprie dicebant, in Parthenonis cellam centumpedalem translata sunt, quaeque inde ab anno fere 406/5 [1]) usque ad annum 385/4 a collegio *τῶν ταμιῶν τῶν ἱερῶν χρημάτων τῆς Ἀθηναίας καὶ τῶν ἄλλων θεῶν* seorsum a ceteris Minervae donariis suo quotannis in lapide percenseri solebant. Titulum circiter anno 400 exaratum atque inter antiquiores traditiones Parthenonis habendum esse litterarum formae indicant. Iam ad fragmenti aetatem accuratius definiendam reliquas traditiones Parthenonis, quae unam pluresve ex eisdem donariis exhibent, examinemus. De aetate duarum ex his constat: IG II 645 traditionem habet anni 399/8, IG II 655 traditionem anni 395/4 [2]). In utroque titulo donaria prorsus eodem ordine recensentur; primus commemoratur *ὅρμος χρυσοῦς διάλιθος ὁ μείζων*, qui occurrit nostri fragm. vs. 5. IG II 645, vs. 24/5 procul dubio supplenda sunt verba [*δακτύλιος χρυσοῦς στρεπτὸς Ἀρτέμιδο*]*ς* [*Βραυ*|*ρωνίας, σταθμὸν τούτο* ΓIIIII:], cf. II 646_8, 655_{24}. IG II 655 desunt *χρυσίδε δύο* pondo 274 drachm., quae post annum 399 iam non comparent. Neque magis exstant hae *χρυσίδε* in tit. IG II 646, ubi ceteroquin eadem donaria atque in titulis 645 et 655 eodem ordine recensentur. Unde hanc traditionem anno 399 recentiorem esse efficio. At anno 395 antiquiorem esse apparet ex IG II 655 vs. 27/8, hos versus si modo infra recte supplevi. Certe non referendam esse ad annum 398 inde colligitur, quod illius anni traditio, cuius non nisi quaestorum laterculus superest, quem edidit A. M. Woodward, *J.H.S.* XXVIII 1908, p. 300, n. 3, marmori albo, traditio IG II 646 Pentelico marmori insculpta est. Quare tit. IG II 646 aut anno 397 aut anno 396 attribuendum esse satis certum est. Iam videamus de IG II 656. Huius catalogi partem inferiorem integram esse pro certo constat. Superiorem quoque partem integram esse statuit Koehler, qui donaria minoris pretii ab illius anni quaestoribus consulto omissa esse putat. At nonnulla ex his ipsis dona-

[1]) ita Lehner, *Ueber die Athenischen Schatzverzeichnisse des vierten Jahrhunderts*, diss. Bonnae 1890, p. 17, cui adstipulor; hos catalogos a. 404/3 demum institutos esse dubitanter coniecit Keil, *Anonym. Argent.* p. 169.

[2]) de hoc titulo novis fragmentis augendo vid. caput seq.

riis, quae catalogorum inter annos 399 et 395 compositorum in fine recensentur, nostri fragmenti in initio comparent. Unde efficio etiam IG II 656, ubi ceteroqui res sacrae prorsus eodem ordine atque in nostro fragmento recensentur, donaria illa in initio perscripta fuisse, atque utrumque titulum annis 399—395 aut antiquiorem aut recentiorem esse. Me quidem iudice anno 399 antiquiores sunt [3]). Quod primum commendare videtur litteratura, deinde χρυσίδε illae δύο, de quibus supra dixi, commemoratae probant. Tum conferas nostri frg. vs. 4, ubi collatis tabulis saec. Vi verba [ὄννυξ χρυσοῦν τὸν δακ]τύλιον ἔχων pro certo supplevisse mihi videor. Iam vero hic onyx nimirum idem est, qui IG II 646_{11} designetur verbis ὄννυξ χρυσοῦν δακτύλιον ἔχων ἐγ χαλκῆι κυλιχνίδι, atque eadem verba procul dubio etiam in traditione anni 399 (IG II 645) in parte quae periit legebantur. Itaque hac quoque de causa nostrum fragmentum, ubi κυλιχνίς illa nondum comparet, anno 399 antiquius habendum est. Denique conferas velim quae notavi ad vs. 15. Nostrum vero fragmentum titulo IG II 656 antiquius esse inde efficio, quod χρυσίον ἐπίτηκτον, cuius mentio fit 656 vs. 17, in nostro nondum recensetur.

Haec si recte disputata sunt, iam constat traditionem nostram ad aliquem annum inter annos 406 et 401 adsignandam esse atque ceteras quas novimus Parthenonis traditiones sic ordinari posse: II 656 (c.a. 400), 645 (a. 399), *J.H.S.* XXVIII 1908, p. 299, n. 3 (a. 398), 646 (a. 397 aut 396), 655 (a. 395); de aetate IG II 647 [4]) et 648 nil constat.

Ad titulum supplendum prae ceteris conferas *Brit. Mus. Inscr.* I n. XXXIII, ubi tit. IG II 656, quocum nostrum fragmentum plane quadrare supra commemoravi, egregio commentario illustravit Hicks. Ad initium supplendum praeter traditiones saeculo quinto tribuendas, quae leguntur IG I 161—175, etiam conferas traditionem anni 368/7, IG II 678 III 38 sqq. [5]). Versus fuerunt imparis longitudinis; si modo titulum recte supplevi, vs. 15-17 quadragenas quinas, vs. 2, 4/8, 11/12 quadragenas septenas, ceteri versus quadragenas senas litteras habuerunt.

[3]) IG 656 anno 399 antiquiorem esse primus rectissime coniecit Lehner, *op. cit.* p. 28. Sed argumentatio eius mihi minus placet, si quidem hoc efficit ex eo, quod quaedam res, quae in titulis 645 et 646 occurrunt, in 656 nondum compareant. Quas autem res in initio huius tituli recensitas fuisse iam demonstravisse mihi videor.

[4]) hic titulus, qui unus inter ceteras traditiones Parthenonis perinde ac traditio nostra marmori Hymettio inscriptus est, tamen propter disparem versuum ambitum cum nostro fragmento coniungi non potest.

[5]) hunc titulum cito ex recensione G. van Hille, *Mnemos.* XXXII 1904, p. 325 sqq.

Vs. 1/2: galeae aeneae tres inde ab a. 434/3 (IG I 161_{15}) inter res Parthenonis occurrunt; commemorantur adhuc inter res *ἐκ τοῦ Παρθ.* in traditione anni 368/7 (IG II $678_{III\ 67\ sq.}$); IG II 648_{10} recte suppletae sunt. Cassidem, quam exhibet vs. 2, invenimus inter res *ἐκ τοῦ Παρθ.* IG II 648_{9} et $678_{III\ 45}$. Spatium septem litterarum restat, nam quae in fine vs. 2 supplevi certa sunt. Suppleveris e.g. [*δίφροι Δ*] coll. IG II $678_{III\ 70}$, aut [*ἀσπίδες*], quarum multae inter res Parthenonis enumerantur, e.g. IG $161_{17\ sqq.}$, II 647_{10}, 648_{10}, 675_{28}, $678_{III\ 48}$.

Vs. 2/3: pharetra illa eburnea inde ab anno 422/1 (IG I 170_{40}) inter Minervae donaria recensetur. Saeculo quinto asservabatur inter res in Parthenone, inde ab a. 406 usque ad a. 385 inter res e Parthenone, deinde socordia quaestorum, qui, postquam catalogi a. 385 contaminati sunt, singularum rerum iusta loca originis iam non memoria tenebant, inter res in cella centumpedali. A Methymnaeis, qui uni ex Lesbiis non defecerant [6]), Athenienses post insulam expugnatam nimirum nullas poenas exegerunt. Itaque, ut gratum animum significarent, Methymnaeos pharetram illam consecravisse conicere in promptu est.

Vs. 3: *ἀσπὶς ἐπίσημος ἐγ Λέσβου* inde ab anno 422/1 (IG I 170_{41}) inter Minervae donaria comparet; commemoratur adhuc inter res *ἐκ τοῦ Παρθ.* in recensu anni 368/7 (IG II $678_{III\ 49}$). His verbis suppletis lacuna restat undecim litterarum, quae voce *ἐγχειρίδιον* optime suppleri posse videtur; occurrit *ἐγχ.* inter res *ἐκ τοῦ Παρθ.* IG II $678_{III\ 44}$.

Vs. 3/4: *κράνος Ἰλλυρικόν*, cuius mentio fit IG II $678_{III\ 49}$, idem esse conieci atque *ἐγ Λέσβο Ἰλλυρικὸν χαλκῦν*, quod in catalogis saec. V^{1} inde ab anno 422/1 (IG I 170_{42}) comparet. Itaque *κράνος* [*Ἰλλυρικὸν χαλκῦν*] supplevi. De onyche illo vid. supra; primum occurrit IG I 170_{51} (a. 422/1). Post *ἄσταθμος* quid supplendum sit, non constat. Conieceris aut [*πέλτη*] coll. IG I 172_{34}, aut [*ξίφη* Γ] coll. II $678_{III\ 44}$, aut potius [*οὗτος*] coll. n. XI_{6}.

Vs. 5/12: cf. IG II 656 vs. 5 sqq., 645 vs. 9 sqq., 655 vs. 10 sqq. Apparet e vs. 7 etiam 656_{5} et 645_{13} ΠΓΗΗ legendum esse [7]). IG II 656_{5} non cum Koehlero [*μικρός*], verum cum Hicksio [*ἐλάττων*] supplendum esse censeo; nam haec vox et illic et in nostro fragm. lacunae magis convenit.

Vs. 12/13: quid iam supplendum sit, quaeritur. IG II 656_{12} post verba *σφραγῖδες περίχρυσοι* Γ||| sequitur *καὶ γρῦπε*, tum lacuna duo-

---

[6]) cf. Thucyd. III. 2. 1. [7]) quae vulgo leguntur IG II 656_{5} Η|| pro ΗΗ potius editoris quam lapicidae errori attribuenda esse videntur. Nam nusquam non in hoc titulo nota || spatium unius litterae occupat.

decim litterarum, quam verbis [ἐπιχρύσω δύο] supplevit Hicks coll. IG I 173$_{15}$, ubi inter res Parthenonis commemorantur: γρύψ--, γρύψ---, ἐπίχρυσα ταῦτα. At haec minus recte suppleta esse apparet ex IG II 646 vs. 1. Quem versum valde attritum variis modis editores exscripserunt, sed v. cl. J. Kirchner pro sua comitate me edocuit in ectypo, quod habet, haec discerni posse: ΚΑΙ... ΓΕ.Ι... Θ....^{7}...ΥΟ, ad quos hiatus supplendos verbum ἐπιχρύσω haudquaquam convenire elucet. Equidem collato frg. nostri vs. 12 dubitanter supplevi καὶ [γρῦ]πε [δ]ι[αλί]θ[ω χρυσὼ δ]ύο, atque eadem verba etiam 645$_{17}$, 655$_{19}$, 656$_{12}$ suppleverim.

Vs. 15: IG II 656$_{16}$ post χρυσίδε δύο recensetur ἀκινάκης ἐπί[χρυ]σος, ἄστατος: eadem nostro versu supplere possis spatio unius litterae vacuo relicto. Praetuli tamen scribere ἄσταθμος, et quia hoc modo lacuna aptius suppletur, et quia etiam in quinti saeculi catalogis, in quibus ἀκινάκης noster inde ab anno 422/1 (IG I 170$_{37}$) recensetur, ἄσταθμος, non ἄστατος legitur. Atque hoc quoque mihi indicio est nostram traditionem inter antiquiores huiuscemodi traditiones habendam esse.

Vs. 15/16: cf. IG II 656$_{18}$. Quid sit ὑάλινον ἀργυροῦν, non satis liquet. Equidem puto rem nobis esse cum aliquo vase vitreo, ita quidem elaborato, ut argento subsimile fieret; cf. Plin. Nat. Hist. XXXVI 193: „argenti modo caelatur (scil. vitrum), Sidone quondam his officinis nobili, siquidem etiam specula excogitaverat". Ceterum viris in hac materia eruditioribus, Reinachio in primis, quem honoris causa nomino, rem accuratius definiendam demando.

Vs. 16/18: cf. ad n. VII/VIII vs. 22/6. In titulis IG II 645 et 646 vox θαλλῶ desideratur, in tit. 656, quem titulum illis antiquiorem esse demonstrasse mihi videor, legitur. Itaque in nostro fragmento, quippe quod vetustius sit quam IG II 656, utique supplenda esse videtur.

Finem hunc esse totius catalogi censeo.

VII-VIII. — Nova fragmenta traditionis donariorum ἐκ τοῦ Παρθενῶνος anni 395/4 (IG II 655).

Fragmenta duo marmoris Pentelici, inventa in arce, nunc in museo epigr.; litterae saeculi quarti ineuntis, στοιχηδόν dispositae. Fragm. VII (inv. n. 2670) a dextra et superne incolume, alt. 0^{m} 15, lat. 0^{m} 19, crass. 0^{m} 17; alt. litt. 0^{m} 009, interv. vers. 0^{m} 005. Fragm. VIII (inv. n. 2669 = inv. arcis n. 2294) undique mutilum, alt. 0^{m} 20, lat. 0^{m} 28, crass. 0^{m} 07; alt. litt. 0^{m} 009, interv. vers. 0^{m} 005.

VII

N T H Σ A Θ H N
ϟ A N T O A P X
P I A H Σ I Ω
I Γ Γ O Σ
Δ H M C

VIII

O
E Λ E I A I X P Y Σ
Σ I O N E Γ I T H K T O N Σ T A Θ
Y O I Λ O N Σ T A Θ M O N
N O O N H N I K H E X E I
T A Θ M O N Γ ⊢ || A K
M I Δ O Σ B P A Y P Ω
N T I N H Γ A P A
Γ I X P Y Σ C
N I

Haec fragmenta uni atque eidem tabulae tribuenda esse prorsus eadem utriusque tituli litteratura nec non par utriusque lapidis crassitudo pro certo demonstrant. Pertinent ad traditionem donariorum ἐκ τοῦ Παρθενῶνος, factam a collegio quaestorum Minervae et reliquorum deorum, qui Diophante archonte, h. e. anno 395/4, munere functi sunt. Itaque coniungenda sunt cum titulo IG II 655, qui et

ipse huius traditionis particulam exhibet [1]). Iam haec traditio Parthenonis, collatis titulis IG II 645, 646, 656, frg. nostro VI°, fere tota restitui potest. Legendum est:

VII [*Τάδε οἱ ταμίαι τῶν ἱερῶν χρημάτω*]*ν τῆς Ἀθην-*
[*αίας καὶ τῶν ἄλλων θεῶν οἱ ἐπὶ Διο*]*φάντο ἄρχ-*
[*οντος, ὁ δεῖνα* nomen demi, - - - -]*ρί(δ)ης Ἰω-*
[*νίδης, ὁ δεῖνα* nomen demi, - - - -]*ιππος*
5 [nomen demi, *ὁ δεῖνα* nomen demi, - - - -]*δημο*[*ς*]
[nomen demi, sequuntur quattuor alii quaestores,]
[*οἷς ὁ δεῖνα ἐγραμμάτευεν, παρέδοσαν τοῖς ταμίαις τοῖς ἐπὶ*]
[*Εὐβολίδο ἄρχοντος* - -, quot versus desint, incertum est]
IG II 655 ΟΓΟ
ονι vacat
vacant o^m 035
παραδεξάμενοι πα[*ρὰ τῶν προτέρων ταμιῶν Εὐ*]-
[*ρ*]*έτο Ἀλωπεκῆθεν κ*[*αὶ ξυναρχόντων τῶν ἐπὶ Φ*]-
10 *ορμίωνος· ἐκ τõ Πα*[*ρθενῶνος· ὅρμος χρυσõς διά*]-
[*λ*]*ιθος ὁ* [*μ*]*έ*[*ζων*], *ἀριθ*[*μὸς ῥόδων* △△, *καὶ κριõ κεφα*]-
[*λή*], *σταθμὸ*[*ν*] △△△· *ὅ*[*ρμος χρυσõς διάλιθος ὁ ἐλάτ*]-
[*των, ἀριθμὸς ῥόδων* △△, *σταθμὸν* . . . · *χρυσίδια δ*]-
[*ιάλιθα σύμμεικτα πλινθίωγ καὶ τεττίγων, στ*]-
15 [*αθμὸν* 𐅄Γ⊢⊢⊢· *στέφανος χρυσõς διάλιθος, στα*]-
[*θμὸν* △△△△Γ⊢· *ὅρμοι πλατε̃ς διάλιθοι καὶ σκῦτ*]-
[*ος προσόν, ἀριθμὸς* Γ, *σταθμὸν* 𐅄Γ· *ἐνωιδίω διαλ*]-
[*ίθω χρυσῶ, ἀριθμὸς* ||, *σταθμὸν* △△⊢· *σφραγῖδες π*]-
VIII [*ερίχρυσοι* Γ||| *καὶ γρῦπε? διαλί*]*θ*[*ω χρυσῶ* ||, *στα*]-
20 [*θμὸν* △△△△. . . · *κυμ*]*β*[*ία*] *λεῖα* <|> *χρυσ*[*ᾶ* △△△|||, *σταθμὸν*]?
[△△△△⊢⊢⊢⊢· *χρυ*]*σίον ἐπίκτητον, σταθ*[*μὸν* △Γ|||| · *ὑά*]-
[*λινον ἀργυρõγ*]*κοῖλον, σταθμὸν* [𐅄|||· *πέταλα χρυ*]-
[*σᾶ* |||| *ἀπὸ τõ στεφά*]*νο, ὃν ἡ Νίκη ἔχει,* [*ἡ ἐπὶ τῆς χε*]-
[*ρὸς τõ ἀγάλματος*], *σταθμὸν* Γ⊢||· [*δ*]*ακ*[*τύλιος χρ*]-
25 [*υσõς στρεπτὸς Ἀρτέ*]*μιδος Βραυρω*[*νίας, σταθμ*]-
[*ὸν* ⊢||||· *συβήνη ἐλεφα*]*ντίνη* (*ἡ*) *παρὰ* [*Μηθυμναίω*]-
[*ν ἐπίχρυσος· ἀκινάκης ἐ*]*πίχρυσο*[*ς, ἄστατος· ὄ*]-
[*νυξ ἄνευ δακτυλίο ἐγ κυλι*]*χνί*[*δι*, κτλ cf. IG II 646, vs. 13 sqq.].

---

[1]) de huius fragmenti dimensionibus, de quibus IG II 655 tacet, qua est comitate per epistulam me edocuit v. cl. J. Kirchner; tabula alta est o^m 15, lat. o^m 26, crass. o^m 07.

Vs. 3: in lapide legitur ΡΙΑΗΣΙΩ, quod aperte vitiosum quomodo corrigendum sit, iam quaeritur. Conicias lapicidae exarandum fuisse ΡΙΔΗΣ. Lacunam viginti trium litterarum, quae has litteras praecedit, unum certe quaestoris nomen addito demotico habuisse necesse est. In litteris ΡΙΔΗΣ latet igitur aut alterius quaestoris nomen, aut illius demoticum. Fac demoticum fuisse: iam in censum veniunt demotica *Ἀὐρίδης*, *Εὐπυρίδης*, *Συβρίδης*; etiam de *Κειριάδης* cogitari potest, sed lapicidam litteram Δ omisisse minus verisimile est. Nullum autem ex his quattuor nominibus huc apte inseri potest; nam requiritur aliquod demoticum ex tribu Aegeide, quippe quae in sollemni tribuum ordine secundum locum obtinere soleret. Hinc efficitur ΡΙΔΗΣ pertinere ad nomen aliquod quaestorium, velut [*Ἀναξανδ*]*ρίδης*, [*Νικανδ*]*ρίδης*, atque ΙΩ initium esse illius quaestoris demotici, quod nimirum fuit *Ἰωνίδης*; hic demus revera fuit e tribu Aegeide.

Vs. 7: consulto relictum est spatium, ubi subsequentis anni quaestorum nomina postea insculperentur; vid. quae ad IG II 645 adnotavit Koehler.

Vs. 19: collato n. VI_{12} hunc versum dubitanter supplevi. Lapidis superficies adeo attrita est, ut vix ulla littera dispiciatur. Ex ipso lapide haec fere enotavi: .ΙΠΕ.Ν...Ο, in ectypo nihil nisi Ο discernere potui.

Vs. 20: de hoc versu supplendo dubito. Prima littera, quae aliquatenus discerni potest, aut Ε fuisse videtur, aut Β. Si fuit Ε, iam suppleveris [*δοκιμ*]*ε*[*ῖα*], *λεῖαι χρυσαῖ*. Quae res sane hic illic inter res sacras commemorantur, sed nusquam nisi inter res in cella centumpedali [2]), de quibus hic non agitur. Accedit, quod collatis IG II 645_{19}, 646_{2}, 656_{13}, fragm. nostro VI_{13} desiderantur *κυμβία λεῖα χρυσᾶ* ΔΔΔΙΙΙ pondo 44 drachm., quae pocilla anno fere 380 adhuc inter res Parthenonis comparuisse videntur [3]). Itaque potius crediderim lapicidam errorem commisisse, quem correxi expungendo illud Ι post *λεῖα*; mirum sane est, quod simile vitium recurrit IG II 646_{2}, ubi lapicida exaravit ΛΕΙΑΙΙ. Ceterum lacunam ea, quae supplevi, vix admittere et ipse concedo; nam versui hac ratione suppleto 39 litterae inerunt, cum ceteri versus non plus 35—37 litteras habent.

---

[2]) cf. IG II 678I 35 (ap. van Hille, *Mnemos.* XXXII 1904, p. 326), 698 II 26, 747 (suppl. v. Hille, *l. c.* p. 338), *A. J. Arch.* VIII 1904, p. 265, vs. 9. *Λεῖαι* audiebant ponduscula, quibus stamina tendebantur, cf. Blümner, *Technologie d. Gewerbe* I², p. 146; virgines Athenienses eis uti solitas esse in Minervae peplo texendo probabiliter coniecit Brown, *A. J. Arch.* VIII 1904, p. 270.

[3]) cf. *J.H.S.* XXIX 1909, p. 173, vs. 5/6.

Vs. 21: cf. IG II 645_{20}, 646_{3}.

Vs. 22: IG II 645_{21} adiectivum *κοῖλον*, quod iam suppleverat Boeckh, Koehlerum iniuria aspernatum esse ex hoc versu elucet; quamquam hoc adiectivum omittitur 646_{5}, 656_{17}. In fine supplere possis aut *ὑάλινον* coll. 646_{4}, 656_{18}, aut *ὑάλιον* coll. 645_{21}, sed fortasse haec forma lapicidae errori tribuenda est.

Vs. 22/26: cf. n. VI_{16}, IG II 645_{22}, 646_{5}, 656_{19}. Aureae illae bracteae ex corona Victoriae, quae Minervae sinistrae imposita erat, exsolutae qua tandem de causa non suo loco repositae, sed in Parthenonem, qui proprie dicebatur, translatae sint, non apparet. Ipsa corona aurea, quam *ἡ Νίκη ἔχει ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἢ ἐπὶ τῆς χειρὸς τοῦ ἀγάλματος τοῦ χρυσοῦ*, nimirum recensetur inter res in cella centumpedali, ubi Minervae simulacrum asservabatur.

Vs. 26/7: cf. n. VI_{2} et VI_{15}.

Vs. 27/8: collato IG II 646_{11} exspectes verba *ὄννξ χρυσῶν δακτύλιον ἔχων ἐγ χαλκῆι κυλιχνίδι*, sed haec ampliora sunt, quam quibus lacuna apte suppleatur. Quapropter conieci hunc onycha eundem esse, qui in titulis recentioribus audit *ὄννξ ἐγ κυλιχνίδι ἄνευ δακτυλίου* [4]), quae verba lacunae optime conveniunt. Hisce perpensis anulum illum ante annum 395 periisse atque titulum IG II.646 hoc anno antiquiorem esse statuo.

[4]) e. g. IG II 676_{33}.

IX. — Traditio rerum sacrarum ἐν τῷ ἀρχαίῳ νεῴ, inter annos 374/3 et 368/7 facta.

Inv. n. 2738; olim in arce. Fragmentum tabulae marmoris Pentelici, a laeva integrum. Alt. om 42, lat. om 16, crass. om 085, alt. litt. om 009.

ΑΡΧΕΝΙΙ
ΛΑΥΚΛΝΟΣΓ
ΦΙΑΛΗΑΡΓΥΡΑΑ
ΑΚΟΥΜΕΝΟΓΥΝΗΑΝΕΘ
ΑΣΓΙΔΙΠΔΥΟΑΡΓΥΓΥΡϽ
ΚΑΙΔΟΡΑΤΙΟΝΑΡΓΥΡΑ
ΦΙΑΛΗΥΓΟΞΥΛΟΣΕΓΙΧ
ΑΓΥΡΟΝΟΑΝΕΘΗΚΕΦΙ
ΔΑΚΤΥΛΙΟΣΧΡΥΣΟΣΑΣ
ΑΝΕΘΗΚΕΝ ΑΓΟΡΡΑΙ
ΟΕΧΕΟΑΝΔΡΙΑΣΣΤΕ
ΗΘΕΟΣΕ ΕΓΛΑΣΤΡΑΑ
ΟΧΘΟΙΒΟΣΟΝΕΧΕΙΗ
ΟΡΜΟΙΓΕΝΤΕΓΛΑΥΞ
ΓΟΡΓΟΝΕΟΓΧΡΥΣΟΥ
ΕΝΤΗΙΧΕΙΡΙΕΧΕΙΣΤ
ΑΣΤΑΤΟΣΟΝΗΒΟΥΛΗΗ
ΣΤΕΦΑΝΟΣΧΡΥΣΟΥΣΑΣ
ΗΕΓΙΧΑΡΙΣΑΝΔΡΟΑΝ
ΞΙΦΟΜΑΧΑΙΡΑ ΛΛΙ

ΕΓΙΣΛΚΡΑΤΙΔΟΑΡΧΟ
ΣΤΕΦΑΝΟΣΧΡΥΣΟΣ(
ΑΝΕΘΗΚΕΝΣΤΕΦΑΝ(
ΦΙΛΙΓΓΟΣΑΝΕΘΗΚΙ
ΧΡΥΣΟΣΟΝΚΑΛΛΙΚ/
ΣΤΕΦΑΝΟΣΧΡΥΣΟΣ(
ΗΕΦΙΓΓΟΔΑΜΑΝΤΟΣ
ΑΝΕΘΗΚΕ
ΦΙΑΛΗΑΡΓΥΡΑΗΝ
ΑΝΕΘΗΚΕΝ

ΤΟΑΓΑΛΜΑΤΗΣΝΙΚ
ΕΓΙΣΤΑΤΑΙΓΑΡΕ/
ΚΑΛΛΙΣΤΡΑΤΟΣΑ
ΚΑΙΣΥΝΑΡΧΟΝΤΕ

[*Ἐν τῶι ἀρχαίωι νεὼι ἅστατα*]·
circiter decem versus desunt
[*φιάλη ἀργυρᾶ ἄστατος, ἣν Κ..... Εὐκολίνη*]
[*ἀνέθη*]*κεν· φι*[*άλη ἀργυρᾶ ἄστατος, ἣν*]
[*Γ*]*λαύκωνος γ*[*υνὴ ἀνέθηκεν*]·
φιάλη ἀργυρᾶ ἄ[*στατος, ἣν Δημὼ*]
Ἀκουμενῶ γυνὴ ἀνέθ[*ηκεν*]·
ἀσπιδίω δύο ἀργυ<*γυ*>*ρῶ* [*καὶ κρανιδίω δύο*]
καὶ δοράτιον ἀργυρᾶ·
φιάλη ὑπόξυλος ἐπίχ[*ρυσος· χρυσίον*]
ἄπυρον, ὃ ἀνέθηκε Φι[*---, ἄστατον*]·
δακτύλιος χρυσῶς ἄσ[*τατος, ὃν Ἀρχεδίκη*]
ἀνέθηκεν· ἀπορραν[*τήριον χρυσῶν*],
ὃ ἔχε ὁ ἀνδριάς· στεφ[*άνη, ἣν*]
ἡ θεὸς ἔχε· πλάστρα, ἃ [*ἡ θεὸς ἔχε*]·
ὄχθοιβος, ὃν ἔχει ἡ [*θεὸς ἐπὶ τῶι τραχήλωι*]·
ὅρμοι πέντε· γλαῦξ [*χρυσῆ· αἰγὶς χρυσῆ*]·
γοργόνεογ χρυσοῦ[*ν· φιάλη χρυσῆ, ἣν*]
ἐν τῆι χειρὶ ἔχει· στ[*έφανος χρυσῶς*]
ἄστατος, ὃν ἡ βουλὴ ἡ [*ἐπὶ Καλλέο ἄρχοντος ἀνέθηκεν*]· a. 377/6
στέφανος χρυσῶς ἄσ[*τατος, ὃν ἡ βουλὴ*]
ἡ ἐπὶ Χαρισάνδρο ἀν[*έθηκεν*]· a. 376/5
ξιφομάχαιρα [*χ*]*αλκ*[*ῆ πρὸς τῆι παραστάδι*].
spatium unius versus vacat
Ἐπὶ Σωκρατίδο ἄρχο[*ντος ἐπέτεια*?]· a. 374/3
στέφανος χρυσῶς, ὃ[*ν Τιμόθεος*]
ἀνέθηκεν· στέφανο[*ς χρυσῶς, ὃν*]
Φίλιππος ἀνέθηκε[*ν· στέφανος*]
χρυσῶς, ὃν Καλλίκλ[*εια ἀνέθηκεν*]·
στέφανος χρυσῶς, ὃ[*ν ἡ βουλὴ*]
ἡ ἐφ' Ἱπποδάμαντος a. 375/4
ἀνέθηκε· vacat
φιάλη ἀργυρᾶ, ἣν [*Ἀριστοβούλη*]
ἀνέθηκεν.
spatium unius versus vacat
Τὸ ἄγαλμα τῆς Νίκ[*ης, ὃ οἱ*]
ἐπιστάται παρέδ[*οσαν*]
Καλλίστρατος Ἀ---
καὶ συνάρχοντε[*ς*]. *vacat.*

Recensentur hac inscriptione res Minervae, quae in templo vetere asservabantur. Ad titulum restituendum prae ceteris conferas novum fragmentum tituli IG II 678, quod edidit G. van Hille, *Mnemos.* XXXII, 1904, p. 325 sqq., ubi column. III vs. 71 sqq. eaedem res atque in nostro titulo enumerantur inscribunturque ἐν τῶι ἀρχαίωι νεὼι ἄστατα [1]).

Quod ad tituli aetatem attinet, hanc traditionem anno 368/7 non esse recentiorem ex eo effici posse videtur, quod nonnulla donaria illo anno tradita (ea scil., quae leguntur IG III $678_{III\ 115,\ 122/24}$) hic nondum comparent, anno 374/3 utique non esse antiquiorem apparet e vs. 21 sqq., ubi res illo anno consecratae recensentur. Mea sententia eo inclinat, ut catalogum ad ipsum annum 374/3 pertinere putem. Nam vs. 34 ultimum totius inscriptionis versum fuisse inde efficio, quod post hunc versum non minus quattuor versibus locus in lapide vacuus restat. In fine autem traditionum ἐπέτεια, quae vocantur, h.e. novissima cuiusque anni donaria, recenseri solent. Quapropter in fine vs. 21 ἐπέτεια supplendum atque hanc recensionem Socratide archonte, h.e. anno 374/3, factam esse suspicor.

Traditiones rerum sacrarum in templo vetere asservatarum e saeculo quinto nullae nobis notae sunt. Donaria illa tunc temporis tam parvi fuisse momenti, ut femina sacerdos ad ea custodienda sufficeret, haud improbabiliter statuit van Hille [2]). Quando hae res sacrae quaestorum curis traditae sint, iam quaeritur. Inter res, quae in catalogis huc pertinentibus recensentur, quaeque ad certum aliquem annum referri possunt, antiquissima est corona, quam dedicaverunt quaestores Eubulide archonte, h.e. anno 394/3; alteram coronam, quam dedicavit Conon, ad victoriam illo ipso anno ad Cnidum reportatatam referendam esse probabiliter suspicatus est van Hille [3]). Iam vero tunc temporis (406—385) ternas quotannis tabulas collegium quaestorum Minervae et reliquorum deorum promulgabat, quibus continebantur res sacrae 1° ἐν τῶι νεὼι τῶι Ἑκατομπέδωι, h. e. in cella centumpedali Parthenonis, 2° ἐκ τοῦ Παρθενῶνος, h. e. e Parthenonis cella occidentali, quae Παρθενών dicebatur, postea in cellam centumpedalem translatae, 3° ἐκ τοῦ Ὀπισθοδόμου, e templi parte postica et ipsae in cellam centumpedalem translatae [4]). Donariorum autem in templo vetere asservatorum inter annos 406 et 385 omnino mentio non fit. Fieri sane potest, ut harum rerum traditiones tunc exstiterint, sed mala fortuna nulla ex eis ad nos pervenerit. Attamen has tabulas anno fere 375 demum institutas esse

[1]) praeter hunc titulum cf. IG. II 667 III, 679 II, 706. [2]) *Mnemos.* XXXII 1904, p. 430. [3]) *l.c.* p. 348. [4]) cf. Lehner, *Ueber die Ath. Schatzverzeichnisse d. vierten Jahrh.*, p. 12 sqq.

mihi quidem persuasum est. Quam opinionem ut confirmem, iam breviter repetere liceat quae exposuit A. C. Johnson, *A. J. Arch.* XVIII 1914, p. 1 sqq. Qui vir doctissimus admonuit anno 373/2 non solum quaestorum numerum solito fuisse minorem, sex enim fuisse pro decem, ut ea aetate mos esset [5]), sed etiam nomina quaestorum in illius anni traditionis praefatione non solemni tribuum ordine recenseri. Prorsus idem accidit anno 376/5 [6]). Itaque, quamquam traditiones ex annis inter a. 376 et 373 iam non exstant, hanc inconstantiam per totum temporis spatium inde ab anno 376° usque ad annum 373um obtinuisse procul dubio Johnsonius statuit atque ad incendium Opisthodomi, cuius mentionem fecit Demosthenes XXIV. 136 [7]), sagacissime rettulit. Quod incendium culpa factum est quaestorum, quos, ut aliquam suam fraudem celarent, templum incendisse adnotat scholiasta [8]). De anno incendii nil traditur. Idem esse hoc incendium atque ignem, quo teste Xenophonte [9]) a. 406 ὁ παλαιὸς νεὼς exarserit, coniecit Dörpfeld [10]). Quam coniecturam et van Hille [11]) et Johnson [12]) optimo iure reiecerunt. Nam nullo modo fieri potest, quin verba Demosthenis *l.c.* § 134 „ἀλλὰ μετ' Εὐκλείδην ἄρχοντα" etiam ad § 136 referenda sint. Iam multo probabilius coniecit Johnson incendium factum esse a. 377/6 atque idcirco proximis annis pro denis quaestoribus senos extra ordinem creatos esse, qui rerum sacrarum administrationem denuo ordinarent [13]). Hos et alia immutavisse et rerum sacrarum ordinem restituisse. Nam donaria, quae inde ab anno 385° prorsus promiscue recenseri solerent, iam inde ab his quaestoribus rursus secundum loca originis in tabulis disponi. Harum innovationum memor res in templo vetere asservatas inde ab eo demum tempore a quaestoribus recenseri coeptas esse suspicor.

---

[5]) inde ab anno 401/0 quaestorum legitimus numerus fuit decem, cf. A. M. Woodward, *J.H.S.* XXVIII 1908, p. 299. Saepe autem iusto numero fuerunt pauciores. Nec mirum, nam sortiebantur quaestores ex πεντακοσιομεδίμνων (cf. Aristot. *Ἀθ. Πολ.* 8. 1, 47. 1), quorum in numero non semper decem cives inveniebantur ad grave munus quaestorium subeundum et apti et prompti. Vid. Sundwall, *Ἐφ. Ἀρχ.* 1909/10, p. 204 sq.

[6]) cf. IG II 670, 671. [7]) καὶ οἱ ταμίαι ἐφ' ὧν ὁ ὀπισθόδομος ἐνεπρήσθη καὶ οἱ τῶν τῆς θεοῦ καὶ οἱ τῶν ἄλλων θεῶν ἐν τῷ οἰκήματι τούτῳ ἦσαν, ἕως ἡ κρίσις αὐτοῖς ἐγένετο.

[8]) οἱ μέν φασιν ὅτι ἔκλεψαν ἀπὸ τῶν χρημάτων αὐτοί (scil. οἱ ταμίαι), οἱ δ' ὅτι τὰ χρήματα τῆς πόλεως κείμενα ἐν τῷ ὀπισθοδόμῳ καλουμένῳ τισὶ δανεῖσαι τραπεζίταις τοὺς ταμίας. ἀπορησάντων οὖν τῶν τραπεζιτῶν εἰς ἀπορίαν ἐλθόντες οἱ ταμίαι ἐνέπρησαν τὸν τόπον, ἵνα τῷ πυρὶ τὴν ἀπώλειαν λογίσωνται. [9]) Hell. I. 6. 1. [10]) *Ath. Mitt.* XII 1887, p. 42 sqq., *Jahrb.* XXXIV 1919, p. 20. [11]) *l.c.* p. 431. [12]) *l.c.* p. 9.

[13]) huc pertinere videtur decretum ab Androtione a. 377/6 rogatum, cuius mentio fit in decreto de rebus sacris tradendis anni 346/5, IG II^2 216a_{13}, e. Vid. etiam infra p. 68.

Sequuntur iam nonnulla, quae ad hanc traditionem adnotavi.

Vs. 2: IG II 678_{III} 85 sqq. van Hille legit: φιάλη ἀ[ργυρᾶ] ἄστατος, ἣν Γλαυκὼ *No*[..] γυ[νὴ] ἀνέθηκεν, rectius Bannier, *Rhein. Mus.* LXVI 1911, p. 43, not. 1: Γλαύκωνο[ς] γυ[νή]. Nam v. cl. J. Kirchner per litteras benigne me edocuit in extypo suo ΓΛΑΥΚΩΝΟΣ . . . . discerni posse, quibuscum quae in nostro titulo dispiciuntur optime quadrant.

Vs. 5: de dittographia in titulis Atticis cf. Larfeld, *Handbuch* I p. 272 sq.

Vs. 6: IG II $678_{III\ 90}$ ἀργυρ[ῦν] in ἀργυρ[ᾶ] emendes.

Vs. 8: ultima littera utrum I fuerit, an P, haud diiudicaverim; casu fortuito etiam IG II $678_{III\ 92}$ idem nomen periit.

Vs. 10/16: de Minervae simulacro, cuius insignia atque ornamenta his versibus recensentur, sagacissime disseruit A. Frickenhaus, *Ath. Mitt.* XXXIII 1908, p. 18 sqq.; vid. infra p. 80.

Vs. 13: de voce ὄχθοιβος cf. quae notavi ad n. X^{B}_{11}.

Vs. 15: IG II $678_{III\ 100}$ neque cum van Hille [ἀργυρῦν] neque cum Petersen, *Die Burgtempel der Athenaia*, p. 126 (at cf. 133) [ἔχουσα], verum cum Frickenhaus, *Ath. Mitt.* XXXIII 1908, p. 18 [χρυσῦν] supplendum esse hinc elucet.

Vs. 17: hunc versum supplevi ex IG II $678_{III\ 116/7}$.

Vs. 20: vocis παραστάδος vis quae propria sit, satis constat. Est nimirum σταθμός, postis. Quid autem παραστάς hic sibi velit, ambigitur. Petersen in dissertatione doctissima modo laudata, p. 115 sqq., aediculam („Bildnische") designari putat, qua Minervae simulacrum proposita esset. Cui opinioni obstare videtur, quod in titulis, quibus res ἐν τῷ ἀρχαίῳ νεῴ recensentur, παραστάς trifariam commemoratur: ἡ παραστὰς ἡ δεξιᾶς εἰσιόντι, ἡ παρ. ἡ ἀριστερᾶς εἰσιόντι, ἡ παραστάς sine ullo attributo [14]). Quapropter magis probabiliter mihi vocem per porticum („Seitenhalle") interpretari videtur Dörpfeld, *Jahrbuch* XXXIV 1919, p. 17 sq., sed minus recte hanc ad Hecatompedum, quod dicitur, pertinuisse opinatur. Nam Dörpfeldum perperam statuere τὸν ἀρχαῖον νεών idem esse atque Hecatompedum illud infra demonstrare conabor. Quaenam autem pars Erechthei hac voce designetur, mihi quidem non liquet.

Vs. 21: de hoc versu supplendo iam supra pluribus absolvi. Ceterum socordia quaestorum factum esse potest, ut corona, quam senatus ἐφ' Ἱπποδάμαντος ἄρχοντος, h. e. a. 375/4, consecraverat, coronae, quam

[14]) e.g. IG II 735, vs. 1 sqq.; plura exempla apud Petersen, *l.c.* p. 124 sqq.

dedicavit senatus *ἐπὶ Σωκρατίδου ἄρχ.*, h.e. a. 374/3, postposita sit; nam saepe in huius modi titulis ordo temporum perturbatur, cf. e.g. IG II 678 III vs. 103 cum vs. 117.

Vs. 24: apparet etiam IG II $678_{III\,106}$ non [*Χαβρίας*], ut dubitanter coniecit van Hille, *l.c.* p. 431, not. 2, sed [*Φίλιππος*] supplendum esse.

Vs. 31: hoc victoriae simulacrum aliunde ignotum esse videtur; IG II 678 versus huc pertinentes perierunt.

Vs. 33: Callistratus noster fortasse idem est atque *Καλλ. Καλλιστράτου Ἀφιδναῖος* (*P. A.* 8157) aut *K. Καλλιάδου Ἀχαρνεύς* (*P. A.* 8159). Evanida vestigia, quae in ectypo post litteram A dispiciuntur, potius litteram X quam Φ suggerunt, sed non nisi ipso lapide denuo inspecto rem diiudicaverim.

X—XI. Duo fragmenta traditionis rerum sacrarum Dianae Brauroniae, c. a. 420-410.

X.

Fragmentum tabulae marmoris Pentelici opisthographae, ab altero latere marginem servans. Alt. om 25, lat. om 30, crass. om 11, alt. litt. om 01, interv. vers. om 003. Litterae pulcherrimae saec. Vi exeuntis, exaratae στοιχηδόν. Alterius partis (A) superficies a laeva paululum laesa est; vs. 12 maxime una littera deesse videtur, cf. imag. phot. Tabula teste catalogo musei epigraphici (inv. n. 400) reperta est in arce et in museum translata ἐκ τῆς Γερμανικῆς Σχολῆς; v. d. H. Lattermann titulum editurum fuisse libellus in museo ab eo relictus nos docuit. Virum illum praestantissimum, cum in arte architectonica, tum in arte epigraphica optime versatum, a. MCMXIV, cum orbis terrarum bello flagraret, pro patria sua mortuum esse nemo nobis magis dolet. Lattermann si hunc titulum, qua erat doctrina, tractavisset, optime de eo consultum esset. Cum autem nos rogantes v. cl. F. Studniczka, qui tunc Instituto Germanico praeerat, nemini alii tituli edendi officium commissum esse certiores fecisset, eius concessu hoc fragmentum opusculo nostro inseruimus.

A.



TABULA IV



Phot. Petritsis

Fig. 4. Traditio rerum sacrarum Dianae Brauroniae.

TABULA V



Phot. Petritsis.

Fig. 5. Traditio rerum sacrarum Dianae Brauroniae.

B.



A.

. . . .[9] . . . . ν ⁝ λιθ[ιν ----------]
. . . .[9] . . . . σι χρυσ[---------- *himátion leukòn*]
[*παραλοργὲ*]ς *ἀπὸ τῶ λιθίν*[*o hédos* ⁝|⁝ *himátion leukòn paralo-*]
[*ργὲς ἀπὸ τῶ*] *ἀρχαίο hédos* ⁝|[⁝--- *χρυσία ἔχο* --- *ἀπὸ* ----]
[.⁝ *χσύμπ*]*ας ἀριθμὸς τῶγ χ*[*ρυσίον* ⁝---⁝----------]
[.[3]. *ἀπ*]*ὸ τῆς φλιᾶς καταχ*[*ρυσ* ----------]
[... *ὑπ*]*άργυρα ἐπίχρυσ*[*α* ⁝--- ? *χιτονίσκος κτενοτὸς ποικί-*]
[*λος* ⁝|⁝] *κτένε ἐνόντε ἐπ*[*ὶ* ---⁝||⁝----------]
[*χρυ*]*σος ἐκ τῶ ἀρχαίο ν*[*εό* ⁝ *ἀριθμὸς μεγάλον χρυσίον* ⁝---]
[...]⁝ *σμικρῶν* ⁝ △ △ ⊓ ⁝ *σφεν*[*δόναι χρυσία ἔχοσαι* ⁝---⁝ *ἀριθμὸς τῶ-*]
[*γ χ*]*ρυσίον* ⁝ ⚐ △ ⊓ ||| ⁝ *σφ*[*ενδον* ----------⁝ *ἀπό-*]
[*δ*]*εσμος ἐκ τῶ ἀρχα*[*ίο νεὸ* ⁝|⁝ *χλίδονε χρυσία ἔχοντε* ⁝||⁝ *ἐκ τῶ*]
[*ἀ*]*ρχαίο νεό, ἀριθμ*[*ὸς τῶγ χρυσίον* ⁝---⁝----------]
..[3] *χρυσᾶ* ⁝||⁝ *ἐκ τ*[*ῶ ἀρχαίο νεό* ⁝---------- *ἐ-*]
[*κ τῶ Πα*]*ρ*[*θε*]*νῶνο*[*ς* ----------]

B.

---------- *εκτος π*[*οικ-*]
[*ίλος* ? ---------- *ποικί*]*λον* ? [*ἐγ*] *κιβοτῶ*[*ι* ⁝|⁝]
[---------- *ἐγ κι*]*βοτῶι* ⁝|⁝ *σινδόνε* ⁝||⁝ *π*[*οι-*]
[*κίλο* ⁝ *ἐγ κιβοτῶι* ⁝ --------- *ποικ*]*ίλον* ⁝|⁝ *ἐπίβλεμα ποικ*[*ίλ-*]

[ον⁝|⁝----------]ος⁝κέρας χρυσῶν⁝|⁝στ[αθ-]
[μὸν τούτο --⁝---------- στ]αθμὸν τούτον⁝⊢⊢⊢⁝κύα[θ-]
[ος ---------- σταθ]μὸν τούτον⁝Π⁝δακτύλιο[ς]
[χρυσῶς⁝|⁝σταθμὸν τούτο⁝.⁝φιάλε ἀργυρ]ᾶ μικρὰ καὶ μέν, σταθμὸ-
[ν τούτον ---⁝----------⁝δ]ιάλιθον χρυσία ἔχον⁝HP
----------ι ἀπὸ τῶ χιτονίο⁝IIII⁝
----------⁝ὄχθοιβος χρυσία ἔχο-
[ν⁝ἐκ τῶ ἀρχαίο νεὸ παρέδοκεν hε hιέρε]α ταῖς hιερέαις⁝Δ II⁝
[----------δακ]τύλιοι ἀργυροῖ⁝Γ II
[σταθμὸν τούτον⁝----------⁝||⁝στα]θμὸν τούτοιν⁝Γ⊢⊢ II
[---------- δακ]τύλιοι χρυσοῖ⁝Δ!
[σταθμὸν τούτον⁝---⁝----------]⁝κα...[7]....

Dubitari mihi vix posse videtur, quin hoc fragmentum ad catalogum rerum sacrarum Dianae Brauroniae pertineat. Atque non pauca sunt, quae hoc mihi persuadeant. Primum, quod *A* vs. 3/4 de duobus illis Brauroniae simulacris agitur. Deinde, quod muliebria praecipue ornamenta et vestimenta hic commemorantur, quippe quae Dianae Brauroniae in primis dedicari solitae sint. Postremo, quod complures res hic occurrunt, quas ex aliis titulis Brauroniae proprias fuisse novimus; de his confer quae ad singulos versus adnotavi.

De fragmenti aetate ex litterarum formis coniectura nobis facienda est, nam ipsum argumentum nullum certum aetatis indicium praebere videtur. Iam vero titulum anno fere 446 non esse vetustiorem, anno 403 utique non esse recentiorem, forma novicia litterae Σ et litteratura Attica, non Ionica, adhibita demonstrat. Anno circiter 425 non esse antiquiorem efficio e forma litterae N cum hastis parallelis iisque aeque fere longis. Exiens saeculum quintum arguunt etiam litterae Θ et O minore modulo quam ceterae litterae scriptae. Hisce perpensis titulum circiter inter annos 420 et 410 exaratum esse conicio.

Sacra Dianae Brauroniae sexto ante Chr. n. saeculo Braurone, ex oppido in Atticae parte orientali prope mare sito [1]), quo Iphigeniam

[1]) cf. Milchhoefer, *Karten v. Attika* III, p. 7 sq., et *R.E.* III 822 sqq. Fuit Brauron una e duodecim civitatibus, in quas Cecrops Atticam divisisse traditur, cf. Strab. IX. 1. 20, p. 397. Saeculo sexto exeunte pristina eius gloria transierat; namque Athenienses tunc tyrannorum illam sedem et domicilium in duas partes divellerunt, quarum altera demo Philaidis adiuncta est, altera demo Cydantidis. Si quis eam regionem, quae est circa vicos hodiernos *ἀπάνω* et *κάτω Βραῶνα*, indagaverit, pro certo credo fore, ut magnum fructum inde percipiat ad antiquam Atticae historiam illustrandam. Regionem ipse adii, explorare mihi non contigit.

Tauro profugam Dianae simulacrum ex ligno antiquissimum attulisse tradebant [2]), a Pisistrato, utpote qui Braurone esset oriundus [3]), Athenas translata esse viri docti fere consentiunt [4]). Fanum autem Dianae Brauroniae in arce quale et cuiusmodi fuerit, omnino non constat. Inter rudera, quae a Propylaeis ad Parthenonem euntibus a dextra supersunt, duae porticus agnosci possunt, aedis nec vola nec vestigium est. Conferas velim nobilissimum illum librum, qui inscribitur *Die Ausgrabungen der Akropolis*, quo viri d. Cavvadias et Kawerau monumenta arcis Athenarum perdiligenter descripserunt, ubi p. 146 legimus haecce : „von einem Tempel wurde keine Spur gefunden. Wäre ein solcher bis auf den Fels fundiert gewesen, müsste er Spuren hinterlassen haben, aber nichts dergleichen hat sich gezeigt. Reichte das Fundament nicht so tief, so konnte bei den grossen Umgestaltungen, welche dieser Teil der Burg erfahren hat — lange Zeit führte der Hauptzugangsweg zur Akropolis über diese Terrasse — der Tempel vollständig verschwinden. Eine völlig sichere Antwort auf die Frage nach einem Tempel der Artemis geben also die Ausgrabungen nicht, doch muss es nach dem Befund der Grabungen sehr zweifelhaft erscheinen, ob ein solcher Tempel in diesem Bezirk überhaupt bestand." Atque haec virorum artis antiquae peritissimorum opinio titulis saec. V° exeunti et saeculo IV° tribuendis stabilitur. Nam ex his titulis apparet tunc temporis alias ex rebus Dianae Brauroniae asservatas fuisse inter res in Parthenonis cella centumpedali [5]), alias inter res ἐκ τοῦ Παρθενῶνος [6]), alias in Opisthodomo easque ἐκ τῆς κιβωτοῦ τῆς Βραυρωνόθεν [7]), alias in Chalcotheca [8]), alias denique in templo vetere [9]). Haec tanta diver-

[2]) cf. Eur. Iph. T. 1446 sqq. [3]) cf. Plut. Sol. 10, Plat. Hipparch. 228 B.

[4]) e.g. U. v. Wilamowitz, *Philol. Untersuch.* I 1880, p. 128, not. 47, Jessen, *R.E.* III 824 sq., Schede, *Die Burg v. Athen*, p. 30 sq. — De cultu Dianae Brauroniae apud Athenienses vid. Suchier, *De Diana Brauronia* (Marburgi 1847), A. Mommsen, *Feste d. Stadt Athen im Altertum*, p. 452 sqq., *Schoemann-Lipsius, Griech. Altert.* II⁴, p. 500 sq., Preller-Robert, *Griech. Myth.* I⁴ p. 304 sq., Farnell, *Cults of the Greek States* II p. 435 sqq., Hicks, *Brit. Mus. Inscr.* p. 79 sq.

[5]) vid. Lehner, *op. cit.* p. 29 sqq., n. 26, 34, 37, 42, 48, 50, 61.

[6]) IG II 646$_8$, cf. n. VII-VIII vs. 24, n. X*A* 15. Haec donaria nimirum olim *in* Parthenone, qui proprie dicebatur, asservabantur, ubi medio fere saeculo IV° adhuc res quaedam Brauroniae reconditae fuisse videntur, cf. IG II 758*A* II$_{14}$ τάδε ἐπὶ Ἀριστοδήμου ἄρχοντος (a. 352/1) ἀνετέθη εἰς τὸν Παρθενῶνα χρυσᾶ. Quamquam haud scio an hic non de Parthenone, qui proprie dicebatur, sermo sit. Nam medio fere saeculo IV° iam universum templum nomine Parthenonis designari coeptum est, cf. Dem. XXII. 13, 76.

[7]) IG II 652*B*$_{23}$ sqq. = 660$_{61}$ sqq. [8]) IG II 689$_{16}$, 720*B* I$_{52}$, 721*B* II$_{13}$.

[9]) cf. IG II 758*A* II$_7$, n. X*A*$_9$ sqq., ubi res ἐκ τοῦ ἀρχαίου νεώ commemorantur.

sitas locorum, ubi res Brauroniae asservarentur, me iudice iam satis declarat eo certe tempore Brauroniae aedem nullam in arce exstitisse. Accedit, quod neque in titulis neque apud auctores usquam νεώς Brauroniae commemoratur [10]). Tituli exhibent τὸ ἱερόν [11]) sive τὸ Βραυρώνιον [12]) sive τὸ Ἀρτεμίσιον [13]), Pausanias habet: καὶ Ἀρτέμιδος ἱερόν ἐστι Βραυρωνίας [14]). Hisce consideratis Brauroniam in arce propriam aedem nequaquam habuisse mihi quidem persuasum est.

Iam rogaverit quispiam, quemnam in usum porticus illae in fano Brauroniae — quarum altera in tria cubicula divisa fuisse videtur [15]) — destinatae fuerint. Nimirum ante omnia deae simulacra ibi proposita erant [16]). Deinde procul dubio ea quoque vestimenta ibi asservabantur, quibus deae simulacra induta erant [17]). Praeter haec etiam aliam vestem, quam mulieres Athenienses Dianae consecrare solebant [18]), in illis porticibus asservatam fuisse docet catalogus epistatarum Brauronii ex medio saeculo quarto, ubi legimus: τάδε [παρέδοσαν ὄντα ἐν τῶι ἱ]ερῶι· ἐν δὲ τῆι στ[οᾶι, suppleveris aut τῆι ἀριστερᾶι aut τῆι δεξιᾶι]; sequitur catalogus vestimentorum [19]). Non tamen credo omnia Brauroniae dedicata vestimenta in porticibus illis asservata fuisse. Nam in titulo supra citato ante verba modo laudata etiam alia vestimenta recensentur, quae idcirco alibi recondita fuisse conicias. Fortasse asservabantur ἐν τῶι προστώιωι, cuius etiam in alio catalogo epistatarum Brauronii mentio fieri videtur, cf. IG II 751 A I$^{b}_{12}$: Εὐθύμαχος Εὐθυδ[---]ας χρυσᾶς ἐν τῶι [π]ροστ[ώιωι] [20]). Denique non credo nil nisi vestimenta in Brauronio

---

[10]) ὁ ἀρχαῖος νεώς in titulo nostro atque in catalogis epistatarum Brauronii huc non facit. Neque enim his verbis denotatur vetus quoddam templum Brauroniae in arce situm, sed aut templum in oppido Braurone aut potius templum Minervae Poliadis; vid. ad *A* vs. 9/10.

[11]) *Jahresh.* XVI 1913, *Beibl.* p. 45 sq., col. II vs. 8/9, IG II^{2} 333$^{c}_{23}$: τῶν [ἱ]ερῶν τῆς Ἀρτέμιδο[ς τ]ῆς Βραυρωνίας (designari videntur fanum in arce et templum Braurone situm). [12]) IG II 728 A_{31}.

[13]) IG II suppl. p. 208, 843$^{c}_{10}$. [14]) I. 23. 7.

[15]) at cf. Cavvadias-Kawerau, *op. cit.* p. 144: „es muss deshalb zweifelhaft bleiben, ob hier (scil. in Brauronii cella orientali) überhaupt Querwände gelegen haben. - - Die erhaltenen Reste geben keinen deutlichen Anhalt dafür, wie die Halle im Innern ausgesehen hat."

[16]) de his simulacris cf. infra p. 68/9. [17]) cf. IG II 751 sqq.

[18]) ex hac veste erant vestimenta, quae mulieres prospere enixae deae dicabant, cf. schol. ad Call. Hymn. Iov. 77: τικτομένων τῶν βρεφῶν ἀνετίθεσαν τὰ ἱμάτια τῇ Ἀρτέμιδι; vestimenta mulierum, quae in partu obierant, Braurone Iphigeniae sacra fuisse dicuntur ap. Eur. Iph. T. vs. 1462 sqq.

[19]) *Jahresh.* XVI 1913, *Beibl.* p. 45 sq., col. II vs. 8 sqq.

[20]) ita vs. 14 supplevit Michaelis, *Arx Athenarum* p. 48. Equidem haud scio an initio vs. 13 supplendum sit Εὐθυδ[ήμου ἀσπιδίσκ]ας.

asservata fuisse. Primum, quia res ligneas, aeneas etc., quae una cum vestimentis illis in catalogis curatorum Brauronii recensentur, eodem loco atque haec vestimenta reconditas fuisse veri simile est. Tum conferas etiam quae leguntur in catalogo quaestorum Minervae e fine saec. IV^{i}: ὑδρί[α --- Ἀρτέμιδος Β]ραυρωνίας, ἣν ἐποιήσ[αντο ταμίαι οἱ ἐπὶ Δημο]κλείδου ἄρχοντος (a. 316/5) ἐ[κ τῶν κατὰ μικρὸν παραδιδ]ομένων ἐν τῶι Βραυρωνίωι [21]). Verba enim τὰ κατὰ μικρὸν παραδιδόμενα vix ad vestimenta referri posse videntur.

Hisce omnibus perpensis mihi quidem non contigit, ut pro certo statuerem, quo loco aut quibus locis farrago illa rerum Brauroniae, quae nostro titulo recensetur, recondita fuerit. Utique non asservabantur ἐν τῶι ἀρχαίωι νεώι, nam *A* vs. 9 sqq. res ἐκ τοῦ ἀρχαίου νεώ recensentur. Neque magis cogitandum esse de Parthenone, qui proprie dicebatur, elucet ex *A* vs. 15, ubi res quaedam ἐκ τοῦ Παρθενῶνος recensetur. Restant duo praecipue loca, ubi suspiceris has res repositas fuisse: 1°. in *Opisthodomo* illo, ubi certe inter annos 406-385 asservabantur res ἐκ τῆς κιβωτοῦ τῆς Βραυρωνόθεν [22]). Una ex his ipsis rebus, ὄχθοιβος χρυσία ἔχων Δ II, nostri fragmenti *B* vs. 11/12 designari videtur; altera fortasse recensetur XI_6, tertia ib. vs. 9. 2°. in *ipsius deae fano* (i. e. aut in porticibus illis aut ἐν τῷ προστώιῳ aut utrobique). Hoc mihi verisimilius videtur, quoniam et in titulo, de quo agimus, et in titulo n. XI, qui procul dubio huc referendus est, ornamenta vestimentaque muliebria praecipue recensentur. Fieri posse, ut quaedam ex iis et alibi asservata fuerint, facile concedo [23]); donaria autem minus pretiosa ferme in ipsius deae fano, pretiosiora in templis Minervae asservata fuisse suspicor.

Ad titulum supplendum prae ceteris conferendi sunt catalogi IG II 751-765, quibus res sacrae Dianae Brauroniae a curatoribus Brauronii recensentur [24]). Hi curatores quando instituti sint, prorsus ignoramus. Collatis autem quae leguntur IG II $758^{A}{}_{II7}$, ubi legimus: ἐκ τοῦ ἀρχαίου νεὼ παρέδωκεν ἡ ἱέρεα τοῖς ἐπιστάταις, et nostri tituli B_{12}, ubi, dubitanter sane, supplevi: [ἐκ τοῦ ἀρχαίου νεὼ παρέδωκεν ἡ ἱέρε]α ταῖς ἱερέαις, suspicio mihi orta est curatores illos aetate nostri tituli, h. e. saeculo quinto exeunte, nondum exstitisse. Conicias

[21]) IG II $728^{A}{}_{28}$ sqq. [22]) cf. p. 65, not. 7 et p. 82, not. 32-34.

[23]) recensetur e. g. IG II 675_{26} inter res Minervae χίτων [στ]ύππινος, qui procul dubio rebus Brauroniae, quippe in quibus χιτῶνες στύππινοι identidem occurrant (IG I 751^{B} Ia 8, 10, 758^{B} II$_9$ sqq.), adnumerandus est.

[24]) unum ex his, IG II 754, quem titulum „marmor in re vestiaria classicum" haud invenuste appellavit Boeckh, commentario instruxit Hicks, *Brit. Mus. Inscr.* XXXIV.

eos eo demum tempore institutos esse, cum auctore Androtione (a. 376-373) magnae in rebus sacris administrandis innovationes factae sunt, quas supra iam attigi [25]). Inde ab eo tempore multae Brauroniae res, quas antea administrabant *οἱ ταμίαι τῶν ἄλλων θεῶν* [26]), iam comparent in traditionibus *τῶν ταμίων τῆς θεοῦ*. Nonne veri simillimum est eo ipso tempore epistatas Brauronii institutos esse, qui aut pro sacerdotibus Brauroniae aut una cum his ipsis sacerdotibus quaestorum Minervae munera levarent? Ad eundem Androtionem utique referendum esse censeo, quod Brauroniae res sacrae — inter quas quae antiquissima esse videtur a. 367/6 dedicata est [27]) — in recensionibus epistatarum iam non sicut in nostro titulo confuse et promiscue, sed lucido quodam ordine — nam generatim enumerantur res aureae, vestimenta, etc. — recensentur.

A.

Versus singulos litteras fere quadragenas senas habuisse e vs. 3, 7, 9, 10, 12 dubitanter effeci.

Vs. 1: ante signum interpunctionis vestigia litterae N dispiciuntur. Nec tamen, quid supplendum sit, constat, nam inter res sacras Brauroniae non nisi hae marmoreae occurrunt: *κυλιχνίς* IG II 663_8 et *σφραγίς* IG II 683_4 (= 682_{25}, suppl. p. 178, $672^c{}_{25}$) [28]. Quarum neutra huc facit.

Vs. 2: suppleveris [*χιτονίσκος κτενοτός, γράμμα*]*σι χρυσ*[*οῖς πεποικιλμένος* ⁝|⁝], cf. IG II 754_7 (= 755_2): *χιθωνίσκο*[*ς κτενωτ*]*ὸς περιποίκιλος* - -, *οὗτος ἔχει γράμ*[*ματα ἐ*]*νυφασμένα*; iam inerunt versui hoc modo restituto 45 litterae. De voce *κτενωτός* vid. ad vs. 7/8.

Vs. 2/4: hos versus dubitanter supplevi coll. IG II 754_{27}: *ἱμάτιον λευκὸν παραλουργές, τοῦτο τὸ λίθινον ἔ*[*δ*]*ος ἀμπέχεται* (eadem 755_{19}, 756_6). Alia vestimenta *περὶ τῶι ἔδει τῶι ἀρχαίωι* recensentur ib. vs. 36 sqq.

Duo deae simulacra his versibus commemorantur, *τὸ ἀρχαῖον ἔδος* et *τὸ λίθινον ἔδος*. Quorum alterum, quod procul dubio ex ligno factum

---

[25]) cf. p. 59.

[26]) hoc collegium, cuius potestas ab Androtione iam graviter imminuta erat, paulo post medium saeculum quartum sublatum est. Commemoratur adhuc in tit. anni 343/2, IG II 702, si modo hic tit. recte suppletus est, nulla iam eius mentio fit in Aristotelis *Ἀθ. Πολ.*, quod opus inter annos 325 et 322 scriptum est. Quapropter adstipulor Lehnero, qui *op. cit.* p. 120, hoc collegium anno fere 338, quo tempore Lycurgus rebus sacris administrandis praeesset, abolitum esse coniecit.

[27]) IG II 751 $A_1 b$ 19 sqq.

[28]) de his titulis cf. Lehner, *op. cit.* p. 71 sqq.

erat, ab Atheniensibus Braurone Athenas delatum fuisse suspicari in promptu est. Ab hoc diversum est τὸ ἀρχαῖον ξόανον, quod usque ad suam aetatem Braurone asservatum fuisse auctor est Pausanias[29]). Ceterum Dianae Brauroniae apud Athenienses simulacra in titulis curatorum Brauronii variis modis designantur, unde magna inter viros doctos orta est dissensio. In primis conferenda sunt quae hac de re disseruerunt Robert[30]) et Studniczka[31]), qui viri huius argumenti peritissimi duo omnino Dianae Brauroniae simulacra Athenarum in arce fuisse consentiunt, ea autem, quae tituli de his simulacris nobis tradunt, alter aliter interpretati sunt. Studniczka deae simulacra in his titulis recensita ita discriminanda esse arbitratur: hinc τὸ ξόανον τὸ ἀρχαῖον sive τὸ ξόανον sive τὸ ἄγαλμα, illinc τὸ ἄγαλμα τὸ ὀρθόν sive τὸ ἄγαλμα τὸ ἑστηκός sive τὸ ξόανον τὸ λίθινον, conicitque hoc idem esse atque simulacrum Dianae a Praxitele factum, quod commemorat Pausanias I. 23. 7. Hoc ipsum simulacrum a. 346 a Praxitele effictum esse hinc conicit vir eruditissimus, quod in tabulis curatorum Brauronii inter res a. 347 consecratas comparet vestimentum quoddam, quo indutum est τὸ ξόανον, inter res a. 346 consecratas vestimentum quoddam, quo indutum est τὸ λίθινον ξόανον[32]). Iam vero hanc ingeniosam coniecturam, quam primus improbavit Robert, sed quam secuti multi scriptores nostris etiam diebus hoc unum de Praxitelis vita constare contendunt[33]), novo hoc fragmento dissolvi nemo non quamvis invitus concedet. Nam illud λίθινον ξόανον iam quinto ante Chr. n. saeculo exstitisse apparet e vs. 3, ubi verba ἀπὸ τοῦ λιθίν[ου ξόανος] pro certo suppleri possunt. Probabilius simulacra distinguit Robert: hinc τὸ ξόανον sive τὸ ξόανον τὸ ἀρχαῖον sive τὸ ξόανον τὸ λίθινον, illinc τὸ ἄγαλμα sive τὸ ἄγ. τὸ ὀρθόν sive τὸ ἄγ. τὸ ἑστηκός, sed minus recte τὸ λίθινον ξόανον idem esse putat atque τὸ ἀρχαῖον ξόανον. Nam diversa haec fuisse simulacra e nostri tituli vs. 3/4 elucet. Equidem saeculo quarto utique tria simulacra Brauroniae Athenarum in arce exstitisse e novo fragmento efficio; distinguo: 1°. τὸ ἀρχαῖον ξόανον sive τὸ ξόανον, 2°. τὸ λίθινον ξόανον, 3°. τὸ ἄγαλμα τὸ ἑστηκός sive τὸ ὀρθόν sive τὸ ἄγαλμα; hoc a Praxitele factum esse probabilis mihi videtur coniectura.

[29]) I. 23. 7. Hoc ξόανον distinguendum esse ab illo, quod Iphigenia Tauro profuga secum in Graeciam apportaverit, identidem Pausanias affirmat (I. 33. 1, III. 16. 7, VIII. 46. 3), cui repugnat Robert, Archaeologische Maerchen (= *Philol. Unters.* X 1886), p. 144 sqq., in dissertatione, quae inscribitur „Die Kultbilder der Brauronischen Artemis". [30]) *op. cit.* p. 150 sqq.

[31]) *Vermutungen zur griech. Kunstgeschichte*, p. 18 sqq.

[32]) cf. IG II 754 vs. 22 sq. et 27 sq.

[33]) e.g. Springer—Michaelis, *„Die Kunst des Altertums"* (1920[11]), p. 320.

Vs. 4/5: utrum agatur de vestimentis aureis figuris intextis, an de monilibus ex aureis ornamentis consertis, quaeritur; cf. vs. 10 sqq.

Vs. 6: de voce φλιά cf. Etym. Magn. φλιά· τὸ πλάγιον τῆς θύρας, αἱ παραστάδες, ἐν ᾧ ἵσταταί τις καὶ ἐπερείδεται, Suid. φλιά· ὁ παραστάτης (intellige παραστὰς) τῆς θύρας, Hesych. φλιᾶς· τῆς θύρας παραστάδος. Quinam postis nostro versu designetur, quaeritur. Equidem cogito de παραστάδι illa templi veteris, de qua supra ad IX_{20} copiosius disserui, nam vs. 9 sqq. donaria recensentur ex hoc ipso templo translata. Ceterum utrum agatur de aliqua parte postis inaurati rupta [34]), an de donario quodam inaurato, quod olim templi posti affixum fuerit, non liquet.

Vs. 7: res quaedam [ὑ]πάργυρος ἐπίχρ[υσος] inter donaria Brauroniae commemoratur IG II 663_5.

Vs. 7/8: KTENE quomodo interpretandum sit, quaeritur. Equidem numerum dualem subesse nominis substantivi, quod est κτείς, atque agi de aliquo vestimento, in quo duae figurae in speciem pectinis acu pictae fuerint, opinor. Conferri iubeo Suid. et Phot. πεντέκτενοι· περιπόρφυροι, διὰ τὸ ἐννυφάνθαι περὶ (παρὰ Phot.) τὰς ὥας πέντε κτένας πορφυροῦς, Hesych. πεντεκτενῆ· ἐνδύματα, οἷον πριόνων ὀδοῦσιν ἐμφερῆ, πεποικιλμένα, Poll. VII. 52 ἔστι δὲ τὰ μὲν πεντέκτενα, χιτωνίσκοι, παρὰ τὴν ὥαν πορφύραν ἔχοντες, πέντε κτένεσιν ἐννυφασμένοι. Inter res Dianae multi χιτωνίσκοι κτενωτοί recensentur [35]); cf. Hesych. κτενωτή· ὑφαντή. Dubito autem, utrum adiectivum κτενωτός interpretandum sit per 'pectinibus intextis ornatus', an per 'pectine textus', nam κτείς dicebatur pecten, quo in vestibus texendis utebantur [36]). Denique etiam fieri posse videtur, ut KTENE interpretandum sit per κτήνει, h.e. dualis vocis κτῆνος [37]), cf. IG II 754_{33} ἐπίβλημα - -, ἐν μέσωι ἔχει ζῶια δεξιο[ύ]μενα. Sed vocem κτῆνος hoc modo usurpari solitum fuisse vix credo.

Vs. 9/10: templum vetus, quod in donariorum Brauroniae catalogis legitur, templum habendum esse Braurone situm opinatur Michaelis, *Der Parthenon* p. 312, quem secutus est Lehner, *op. cit.* p. 79. At mea quidem sententia Koehler ad IG II 751 rectissime adnotavit: „templum vetus ubi in titulis Atticis et in arce propositis dicitur, equidem aedem Minervae Poliadis intellegendam esse existimo". Ceterum de hoc

[34]) solebant antiquitus templi postes auro aliave materia pretiosa ornare, cf. Ebert, *Fachausdrücke d. Griech. Bauhandwerks*, p. 55, Hiller de Gaertringen, *S. B. Akad. Berlin* 1922, p. 190 ad tit. *S.E.G.* I. 3.

[35]) IG II 754, vs. 41 sqq. = 755, vs. 2 sqq.

[36]) cf. Blümner, *Technologie u. Terminologie d. Gewerbe* I² p. 159; idem *l.c.* not. 2, κτενωτός quomodo interpretandum sit, se ignorare profitetur.

[37]) de hac forma dualis cf. Meisterhans, *G.A.I*³. p. 132, not. 1175.

templo vide excursum. Forma σμικρός, quae est forma usitatior apud poetas tragicos et Platonem [38]), in titulis rarior est, quam ut ad nostri catalogi aetatem accuratius definiendam quidquam conducat [39]).

Vs. 10/11: σφενδόνην infulam designare, aptum Dianae donarium, nos docet Pollux V. 96. Una pluresve σφενδόναι comparent inter res Brauroniae IG II 663$_3$.

Vs. 11/12: ἀπόδεσμοι occurrunt in catalogis curatorum Brauronii IG II 758$^A_{II39}$, 760$^A_{II5}$. Quid sit, explicat Pollux VII. 66: - - στηθόδεσμον. εὖροις δ' ἂν ὀνομαζόμενον ἀπόδεσμον ἐν Θεσμοφοριαζούσαις Ἀριστοφάνους, τὴν πτέρυγα παραλύσασαν τοῦ χιτωνίου, καὶ τῶν ἀποδέσμων, οἷς ἐνῆν τιτθίδια. Nimirum etiam supplere possis [ὑπόδ]εσμος vel [ἀνάδ]εσμος, sed hae res inter donaria Brauroniae, quae quidem novimus, non exstant.

Vs. 12/13: recensentur inter Brauroniae res sacras [χλ]ίδων [χ]ρυσία ἔχων δέκα IG II 660$_{68}$, χλίδων[ες δ]ύο χρυ[σία ἔχοντες] 672$_{46}$, eidem videlicet atque [χλ]ιδωνίω δύο χρυ[σία ἔχοντε] suppl. p. 178, 672$_{c9}$, quae verba lacunae nostrae optime conveniunt. De re cf. Hesych. χλίδωνες· κόσμος, ὃν αἱ γυναῖκες περὶ τοῖς βραχίοσιν εἰώθασι φορεῖν καὶ τοὺς τραχήλους; similia Suid. s. v. χλίδονας; inter alia ornamenta muliebria eos commemorat Pollux VII. 96.

Vs. 15: iam saeculo V° exeunte certas quasdam res Brauroniae sacras in Parthenone asservatas fuisse ex hoc versu efficio.

B.

Vs. 1: prima littera, quae quidem in lapide superest, Ε fuisse videtur, ultima Γ. Agi puto de aliquo vestimento acu picto.

Vs. 2: prima littera Ϸ fuisse videtur; coll. vs. 4/5 suppleveris [ἐπίβλεμα ποικί]λον. Fieri tamen potest, ut fuerit Χ: suppleveris e. g. [- - χρυσία ἔ]χον coll. A$_{10}$. Complures res Dianae Brauroniae in cistis asservabantur. Nec mirum, nam nullum aliud receptaculum ad vestimenta conservanda aptius est.

Vs. 3: de voce σινδών cf. Polluc. VII. 72: σινδὼν ἔστι Αἰγυπτία μέν, περιβόλαιον δ' ἂν εἴη, τὸ νῦν δίκροσσον καλούμενον. Vocabulum ex aliqua lingua orientali sumptum esse constat [40]). Σινδόνα cohaerere cum

[38]) cf. Kühner—Blass, *Gramm.* I^3, p. 76, n. 2.

[39]) duo exempla affert Meisterhans, *G.A.I*^{3}. p. 89, n. 10, not. 768, quorum alterum pertinet ad a. 408, alterum ad aetatem ante a. 405 (cf. Fraenkel ad IG IV. 398).

[40]) cf. Boisacq, *Dict. Etym.* p. 866, qui laudat Lewy, *Die semitischen Fremdwörter im Griechischen*, p. 84 sq., quod opus mihi non fuit praesto.

urbe Sidone auctor est Etym. Magn. s. v. σινδών· ἀπὸ Σιδῶνος τῆς πόλεως. οἱ γὰρ Σιδόνες ἐφεῦρον πρῶτοι κάμνειν σινδόνας. Num recte dicat, dubito [41]). Certe iam aetate Homeri vestimenta Sidonia in deliciis fuisse testantur e.g. versus Z 289 sqq.: ἔνθα (in Hecubae thalamo) ⸗ ἔσαν πέπλοι παμποίκιλοι, ἔργα γυναικῶν Σιδονίων; e quibus Hecuba dedicat unum, ὃς κάλλιστος ἔεν ποικίλμασιν ἠδὲ μέγιστος, ἀστὴρ δ' ὡς ἀπέλαμπεν. Inter res sacras Brauroniae σινδόνες occurrunt IG II suppl. p. 181, 727$^{b}_{17}$, σινδόνιον IG II 758$_{B\ 13}$.

Vs. 4: fuit ἐπίβλημα amiculum muliebre, cf. Polluc. VIII. 49 sq. Eiusmodi amicula multa inter donaria Brauroniae enumerantur, cf. IG II 754, vs. 31 sqq.: ἐπίβλη[μα] ποικίλον καινόν, σημεῖον ἔ[χ]ει ἐμ μέσωι, Διόνυσος σπένδων καὶ γυνὴ οἰνοχοοῦσα, -- ἐπίβλ. [ἔ]μ πλαισίωι, ἐμ μέσωι ἔχει ζῶια δεξιο[ύ]μενα, etc.

Vs. 5: prima littera quaenam fuerit, dubium est. Ex lapide enotavi T; quod si recte legi, iam suppleveris [---, ἄσταθμος hoῦ]τος coll. XI$_{7}$. In ectypo nihil certius dispexi. De voce κέρας cf. Athen. XI, p. 476. Priscis temporibus ipsis boum cornubus ad bibendum utebantur, postea hic illic poculis in cornus formam effictis. Χρυσέον κέρας commemoratur ap. Soph. frg. 442 N; inter res sacras hic primum comparet. Argentea cornua saepius occurrunt, e. g. IG I 121$_{5}$ κέρατα ἀργυρᾶ III, II 665$_{7}$ (= 667$_{38}$) κέρας ἔκπωμα ἀργυροῦν (cf. Athen. XI, p. 476 E).

Vs. 6: huc pertinere suspicor quae IG II 672$_{11}$ inter res sacras reliquorum deorum commemorantur [--σταθμὸ]ν ⊢⊢⊢, Ἀρτέμιδος Βραυρωνία[ς]. Ultimam huius versus litteram A fuisse pro certo constat; suppleatur κύα[θος], fortasse unum idemque pocillum, quod legitur IG II suppl. p. 181, 727^{b} I$_{13}$ [χαλκ]οῦν κύαθο[ν]. Nam hoc pocillum quoque Brauroniae sacrum fuisse, quamquam diserte non asseveratur, ex eo efficio, quod et aliae in illo titulo res Brauroniae recensentur.

Vs. 7/8: anuli complures inter res Brauroniae occurrunt; quae supplevi lacunae fere convenire mihi visa sunt.

Vs. 8: φιάλη μικρὰ ἀργυρᾶ, nimirum eadem atque nostra, postea asservabatur inter res Brauroniae in cella centumpedali, cf. IG II 660$_{45}$, 661$^{a}_{14}$. Vox μήν inter res sacras alibi non occurrit, sed comparet μηνίσκος inter donaria Minervae in Chalcotheca IG II 678$^{B}_{48}$.

Vs. 9: vocula διάλιθος utrum hic pro adiectivo positum sit, an pro substantivo, non constat. Plerumque procul dubio est adiectivum, cuius vis est 'gemmis distinctus', sicut legimus inter res Minervae: ὅρμος χρυσοῦς διάλιθος, στέφανος χρυσοῦς διάλιθος, cf. n. VI et VII. Sed

[41]) cf. Prellwitz, *Etym. Wörterb. d. Griech. Sprache*^{2} p. 412, ad vocem σινδών: ai. *sindhus* 'Indus'.

hic illic substantive usurpatur; sic inter res Brauroniae in cella centumpedali IG II 660_{52} (= 661^{d}_{22}): δακτ[υλίω] χρυσὼ δύο, διάλιθον, item inter ornamenta, quae enumerat Pollux VII. 96: διόπας, διάλιθον, τρίγαστρα, πλάστρα (cf. IX_{12}), μαλάκιον, βότρυν, χλιδῶνα (cf. X^{A}_{12}), etc.

Vs. 10: commemorantur quattuor figurae ornamentave aurea — nam supplendum videtur [χρυσο]ῖ vel [χρυσα]ῖ — ex aliquo vestimento, quo deae simulacrum — huc spectat articulus τοῦ — indutum erat, dempta.

Vs. 11/12: ὄχθοιβος quid sit, edocent Suidas: ὄχθοβος· τὸ γυναικεῖον λῶμα, Etym. Magn. ὄχθωβος· τὸ λῶμα τὸ γυναικεῖον ὑπὸ Ἀττικῶν ὄχθωβος λέγεται, Phot. ὀχθοίβους· τὰ λώματα· ἔστι δὲ περὶ τὸ στῆθος τοῦ χιτῶνος ἁλουργὲς πρόσραμμα. Sed haec vocis interpretatio nostro loco minime convenit. Nam eiusmodi πρόσραμμα separatim traditum esse absurdum est. Porro conferas velim n. IX_{13}, ubi legimus: ὄχθοιβος, ὃν ἔχει [ἡ θεὸς ἐπὶ τῶι τραχήλωι], quae verba ex IG II 678 III_{98} pro certo suppleta sunt. Hic quoque nimirum non de aliquo limbo, verum de ornamento atque adeo de monili agitur. Itaque facile assentior v. cl. A. Frickenhaus, qui opinatur ὄχθοιβον idem esse atque ἴσθμιον, h. e. monile arte collum cingens, quod germanice reddit per 'Bommelhalsband'; opponitur ὅρμος, monile a collo demissum [42]). De eiusmodi monili ex parvis ornamentis aureis conserto hic agi puto. Recensentur IG II 652^{B}_{33} (= 660_{67}) inter res Dianae Brauroniae in Opisthodomo: ὄχθοιβος χρυσία ἔχων Δ II, alter ὄχθ. χρυσία ἔχων Δ II, tertius χρυσία ἔχων Γ II. Ex his ipsis unum alterumve hic designari suspicor. Vs. 12 cunctanter supplevi coll. IG II 758^{A}_{II7}: τάδ' ἐκ τοῦ ἀρχαίου νεὼ παρέδωκεν ἡ ἱέρεα τοῖς ἐπιστάταις τοῖς ἐπὶ Θουδήμου ἄρχοντος (a. 353/2). Quae sacerdotes designentur, quaeritur; equidem interpretor: tradidit sacerdos Minervae (in templo vetere) sacerdotibus Brauroniae. Denique moneo formam ἱέρεαν nullum certum aetatis indicium praebere, quippe quae iuxta formam usitatiorem ἱέρεια inde a saec. V° usque ad aevum Romanum identidem occurrat [43]).

Vs. 15: ultima nota I fuisse videtur, non Γ; neque igitur huc pertinent quae inter donaria Brauroniae leguntur II 682_{23} (= IG II suppl. p. 178, 672^{c}_{24}) [44]: [- - χρυ]σοῖ ἐν κιβωτίωι ΔΓIIII; in qua lacuna supplendum esse [δακτύλιοι] pro certo habeo.

Vs. 16: dubito, utrum supplendum sit κά[τοπτρον] coll. IG II 751^{Bc} 14 sqq., an κα[τάστικτος ἐγ κιβοτίοι] coll. n. XI_{5}.

[42]) *Ath. Mitt.* XXXIII 1908, p. 20, copiosius in libro, qui inscribitur *Tiryns*, I p. 57 cum tab. phot. n. III sqq. [43]) cf. Meisterhans, *G.A.I.*[3] p. 40, not. 222. [44]) cf. Lehner, *op. cit.* p. 72, n. 63.

XI.

Inv. n. 5204; olim in arce. Fragmentum tabulae marmoris Pentelici, a parte inferiore integrum. Alt. om 30, lat. om 22, crass. om 11, alt. litt. om 01, interv. vers. om 003. Litterae στοιχηδόν scriptae. Vid. tab. VI, fig. 6.

Λ Υ Ρ
Α Θ Ι Σ Α Ρ Λ Υ
Η Ι Μ Α Τ Ι Α Ε Ρ Ε
Ο Τ Ι Ο Ι ⁝ | ⁝ Α Μ Ο Ρ Λ
Β Ο Τ Ι Ο Ι ⁝ | ⁝ Κ Α Τ Α
⁝ Ι ⁝ Η Ο Υ Τ Ο Σ Ε Ν Τ
⁝ Κ Ρ Ο Κ Ο Τ Ο Σ Ε Λ
Χ Ι Τ Ο Ν Ι Α Ε Χ
Σ ⁝ Η Ο Ρ Μ Ο Σ Χ Ρ Υ

---------- α ἀργυρο .....c. 14.....
[---------- σ]παθὶς ἀργυρ[ᾶ ἐγ κιβοτίοι ⁝|⁝]
---------- ἱμάτια ἑρεᾶ [ἐγ κιβοτίοι ⁝ . .]
[----------ἐγ κιβ]οτίοι ⁝|⁝ ἀμοργ[ὶς? ἐγ κιβοτίοι ⁝|⁝]
[---------- ἐγ κι]βοτίοι ⁝|⁝ κατά[στικτος ἐγ κιβ]-
[οτίοι ⁝|⁝ ----------] ⁝|⁝ ἡοῦτος ἐν τῆ[ι κιβοτῶι τῆι Β]-
[ραυρονόθεν ⁝----------] ⁝ κροκοτὸς ἐγ [κιβοτίοι ⁝|⁝ . . . .]
---------- α χιτόνια ἐχ[ο .....c. 13.....]
----------ς ⁝ ἡόρμος χρυ[σῶς ἐγ κιβοτίοι ⁝|⁝].

Vacat.

Hoc fragmentum cum titulo praecedenti arte cohaerere prorsus eadem utriusque lapidis crassitudo, forma altitudoque litterarum, interpunctio, idem denique argumentum — nam hic quoque donaria Dianae Brauroniae recenseri manifestum est — aperte arguunt. Itaque ambo fragmenta ad unam eandemque stelam pertinere verisimillimum est. Obstat quidem, quod hoc fragmentum non opisthographum est, sed moneo tabulae partem aversam superne mutilatam esse fierique posse, ut ea quoque pars olim inscriptionem habuerit. Equidem hoc fragmentum totius catalogi finem fuisse opinor.

Plura desunt, quam ut singulos versus plane restituere possimus. Nonnulla tamen adnotare velim.

Vs. 1: de hoc versu supplendo dubito. Primam litteram A fuisse, ultimam O, satis certum est. De aliquo vestimento agi ea quae sequuntur

TABULA VI



Phot. Petritsis.

Fig. 6. Traditio rerum sacrarum Dianae Brauroniae.

aliquam suspicionem suggerunt. Suppleverim [ἐπίβλεμ]α ἀργυρό[παστον]. De voce ἐπίβλημα vid. ad X^{B}_{4}; adiect. ἀργυρόπαστος sane rarissime legitur, sed satis saepe occurrit χρυσόπαστος; item legimus in tabulis donariorum Brauroniae κάνδυν πασμάτια ἔχοντα χρυσᾶ [1]).

Vs. 2: voce σπαθίς variae res denotantur, e quibus pleraeque huc non faciunt. Agi videtur de spathula, qua ex lecytho unguentum linebant; quae res si hic designatur, iam suppleas ἀργυρ[ᾶ]. Tamen haud scio an designetur aliquod vestimentum, cf. Hesych. σπαθίς· ἱμάτιον σπάθῃ ὑφασμένον, item Pollux VII. 36: καὶ σπαθίδα ἐκάλουν τὸ σπαθητὸν ἱμάτιον Itaque forsitan supplendum sit ἀργυρ[ία ἔχοσα] vel etiam ἀργυρ[όπαστος]. Occurrit σπαθίς inter res Brauroniae IG II $751^{B}_{II\ d_3}$, [σ]παθὶ[ς] ἀρ[γυρᾶ?] inter res in Chalcotheca IG II $720^{B}_{II_{61}}$; hanc quoque inter res Brauroniae habendam esse opinari in promptu est.

Vs. 3: occurrunt inter res Brauroniae ἔρια ἐν καλαθίσκωι IG II 758^{B}_{38}, 760^{B}_{112}; vestimenta lanea inter deae donaria hic primum commemorari videntur.

Vs. 4: de voce ἀμοργίς cf. Polluc. VII. 74: τὰ δὲ ἀμόργινα, γίγνεσθαι μὲν τὰ ἄριστα ἐν τῇ Ἀμοργῷ, λίνου δ' οὖν καὶ ταύτας εἶναι λέγουσιν. ὁ δὲ ἀμόργινος χιτὼν καὶ ἀμοργὶς ἐκαλεῖτο. Quae vestimenta e genere quodam lini xylini, ex herba, quae ἀμοργίς [2]) dicebatur, fabricati, confici solebant. Inter res Brauroniae exstant χιτὼν ἀμόργινος, χιτώνιον ἀμόργινον ἁπλοῦν, ἰσοπτυχές, διπλοῦν, etc. [3]). Nimirum pro ἀμοργ[ίς] etiam ἀμόργ[ινος χιτών] vel aliquid simile suppleri potest.

Vs. 5: quid sit κατάστικτος, nos docet Pollux VII. 55: ὁ δὲ κατάστικτος χιτών ἐστιν ὁ ἔχων ζῷα ἢ ἄνθη ἐνυφασμένα. In tabulis rerum Brauroniae identidem occurrunt, cf. IG II 754_{38} κατ. διπτέρυγον περὶ τῶι ἕδει [τῶι] ἀρχαίωι, etc.

Vs. 6: in tabulis rerum sacrarum saeculi IV[1] separatim recensentur res ἐκ τῆς κιβωτοῦ τῆς Βραυρωνόθεν [4]). Quam cistam exeunte saeculo V° adhuc exstitisse ex hoc versu, si modo recte restitutus est, apparet.

Vs. 7: cf. Polluc. IV. 117: ὁ δὲ κροκωτός, ἱμάτιον. Vestimentum designatur croceum, quibus vestimentis indutae virgunculae Athenienses diebus Brauroniae festis choreas ducebant, quaeque deae dedicare solebant; complura in catalogis Brauronii recensentur. Virgunculae illae ἄρκτοι dicebantur, cf. Arist. Lys. 645, ubi mulier quaedam ita loquitur: κἄιτ' ἔχουσα τὸν κροκωτὸν ἄρκτος ἡ Βραυρωνίας.

[1]) IG II $758^{B}_{II_5}$. cf. Mau, *R.E.* I, 1875.
[2]) hinc insula Amorgus nomen suum duxisse videtur;
[3]) IG II 751^{Ba} II_{18}, 754_{10} sqq.
[4]) IG II 652^{B}_{23} = 660_{61}.

Quae fuerit huius denominationis origo, inter viros d. non convenit. Equidem eis assentior, qui putant deam priscis temporibus specie ursae adoratam fuisse puellasque eas eandem speciem induisse, ut Dianae divinitatis quodammodo participes essent [5]).

Vs. 8: possis e.g. [*κιβότιον* vel *κιβοτός* vel *ὀθόνιον* [6]) *ἑρε*]*ᾶ χιτόνια ἔχον.*

Vs. 9: occurrunt inter res Brauroniae in Opisthodomo: *ἐν κιβωτίωι · ὅρμω δύο* [7]), quorum alter hic designari videtur. Fortasse idem torques est, qui occurrit inter res Brauroniae IG II 751 $A_{IIc_{12}}$.

[5]) cf. Farnell, *Cults of the Greek States* II p. 435 sqq., Wecklein, Eur. Iphig. Taur., *Einleitung* p. 3., Schoemann-Lipsius, *Griech. Altert.* II⁴, p. 501.

[6]) varia genera receptaculorum enumeravit Michaelis, *der Parthenon* p. 314 infra. [7]) IG II 660_{63}.

EXCURSUS DE PRISCO MINERVAE POLIADIS TEMPLO.

In eis, quae supra scripsi, saepius memoratur *ὁ ἀρχαῖος νεώς*. Quod templum hac voce denotetur, paulo copiosius hic inquirere mihi liceat. Nam equidem ut assentirer Doerpfeldo *τὸν ἀρχαῖον νεών* eundem esse atque Hecatompedum, quod dicitur, statuenti, quae opinio nostris diebus apud plerosque iam obtinere videtur, animum inducere haudquaquam potui. Opinionem suam vir clarissimus identidem doctissime defendit [1]), argumenta, quibus opinionem stabiliat, hic illic mutavit; e quibus non nisi ea, quibus recentissime usus est, *Jahrb.* XXXIV 1919, p. 1—40, hic impugnare iuvat [2]). Non tamen eo consilio, ut singula quaeque, quae Doerpfeld pro sua doctrina, copia, elocutione dilucide ibi disputavit, improbem — tantum mihi non sumo et opus esset meo libello maius —, sed ut nonnulla argumenta ex titulis praecipue promam [3]), quae, quominus *τὸν ἀρχαῖον νεών* atque Hecatompedum illud unum idemque esse opinemur, dissuadere videntur.

[1]) *Ath. Mitt.* X 1885, p. 275 sqq., XI 1886, p. 337 sqq., XII 1887, p. 25 sqq., 190 sqq., XV 1890, p. 420 sqq., XXII 1897, p. 159 sqq., XXVIII 1903, p. 468 sq., XXIX 1904, p. 106 sq., XXXVI 1911, p. 39 sqq., *Jahrb.* XXXIV 1919, p. 1 sqq. E nostratibus ei adstipulatus est E. van Hille, *Mnem.* XXXII 1904, p. 325 sqq., 420 sqq. — Quae disseruit Fr. Weilbach, *Jahrb.* XXXII 1917, p. 105 sqq., *τὸν ἀρχαῖον νεών*, cuius Opisthodomus pars fuerit, olim situm fuisse occidentem versus ab Erechtheo, silentio hic praetermitto. Hactenus enim Doerpfeldi sententiae accedo.

[2]) optimo iure hoc postulat Doerpfeld *l. c.* p. 2: „jedenfalls sollte jetzt nur meine zuletz ausgesprochene Ansicht bekämpft werden."

[3]) materiam epigraphicam huc pertinentem praeter paucos titulos nuperrime inventos, dilucide congesserunt Jahn-Michaelis in opere praestantissimo, quod inscribitur *Arx Athenarum a Pausania descripta*, Appendix Epigraphica p. 89 sqq.

Doerpfeld hinc capit exordium, ut neget id, quod inter omnes fere constat, Hecatompedum sexto ante Chr. n. saeculo aedificatum esse. Concedit sane templi peristylum saeculo sexto ab ipso Pisistrato exstructum esse, sed cellam multo antiquiori aetati attribuit. Iam vero Hecatompedi aetas ope sculpturarum, quibus fastigia huius templi olim exornata fuisse constat, definiri solet. Vulgatam autem de hisce sculpturis opinionem, qua, ceteris in arce inventis antiquissimis sculpturis nec non vasis comparatis, saeculo sexto assignantur, Doerpfeld reicit atque tam signa illa quam vasa eis aequalia a decimo fere ante Chr. n. saeculo repetit. Huic sententiae (quam vir cl. uberius firmare supersedet, sed postea se defensurum pollicetur) auctoritatem oppono trium v. d. huius materiae non minus peritorum, Michaelis [4]), Wiegandi [5]), Frickenhausii [6]), qui sua quisque via procedentes Hecatompedum ineunte saeculo VI° exstructum esse consentiunt. Totam horum v.d. argumentationem hic repetere nolo, sed unum argumentum, quod affert Frickenhaus, dignissimum videtur, quod referam. Hic enim rectissime monet iam a Schradero [7]) quam luculentissime demonstratum esse Hecatompedi acroteria ad eandem aetatem pertinere atque notissimum illud signum viri vitulum in humeris gestantis, quod signum in basi sua habet inscriptionem [8]), quam Frickenhausium optimo iure saeculi VI[i] parti priori tribuisse, multis aliis titulis Atticis vetustioribus iterum atque iterum consideratis et inter sese comparatis mihi quidem persuasum est [9]). Accedit, quod et ipse Doerpfeld Hecatompedi vetustatem vindicans haud firmis vestigiis insistere sibi videtur, quippe qui hanc argumentationis partem hisce absolvat: „auf jeden Fall müssen mir meine Gegner zugeben, dasz weder die Bauglieder, noch auch die Bildwerke des alten Hekatompedons durch irgend etwas sicher datiert sind" (p. 3).

Iam ita pergit: „in erhöhtem Masze gilt dies von den Fundamenten des Hekatompedons, die sehr wohl älter sein können, als der von Wiegand veröffentlichte Oberbau. Sie bestehen aus anderem Material als der Oberbau und die Ringhalle, nämlich aus dem Kalkstein der Akropolis, der nur bei den ältesten Bauten Athens verwendet ist, und zeigen auch eine Bauweise, die auf eine sehr alte Zeit hinweist" (p. 3).

[4]) *Jahrb.* XVII 1902, p. 5. [5]) *Die Poros-Architektur der Akropolis zu Athen*, p. 63 et 106. [6]) *Tiryns*, I, p. 108 sqq. [7]) *Archaische Marmorskulpturen*, p. 5 sqq. [8]) IG I suppl. p. 198, 373^{235}.

[9]) his titulis ipse Athenis operam dedi. Titulos in porinis donariis in arce inventis, quos cum delineationibus perfectissimis ediderunt Lolling-Wolters, *Κατάλογος τοῦ ἐν Ἀθήναις ἐπιγραφικοῦ Μουσείου*, τόμ. I, n. 1 sqq., in usum IG I[2] denuo contuli.

Hisce rursus oppono auctoritatem v. cl. Michaelis: „die Beschaffenheit der Fundamente kommt dabei (scil. ad Hecatompedi aetatem definiendam) weniger in Betracht, da es an Analogien mangelt, welche innerhalb enger Grenzen mit Sicherheit datierbar wären" [10]).

Deinde Doerpfeld monet sub ipsis Hecatompedi fundamentis rudera superesse ex aetate Mycenaea, quae quidem substructiones esse suspicatur atrii (τοῦ μεγάρου) pristinae alicuius regiae. Quae suspicio si recta est [11]), opinioni eorum, qui Hecatompedum antiquissimum in arce Athenarum Minervae templum fuisse censent, magis adversari quam favere mihi videtur. Nam usque ad saeculum VIII^{um}, fortasse ad saec. VII^{um} reges in Attica regnavisse satis constat [12]), neque quidquam est, cur reges illos unquam sedem suam commutavisse putemus. Templum autem Minervae iam regia aetate in arce exstitisse perspicuum est. Itaque id templum extra locum, ubi tunc temporis regia, postea Hecatompedum fuit, situm fuisse manifestum est atque iam quaeritur, num alibi in arce aliqua priscae aetatis vestigia supersint, quae ad eiusmodi templum pertinuerint. Doerpfeld sane ulla Minervae templi vestigia Hecatompedo vetustiora exstare infitiatur (p. 4): „(dazu kommt, dasz) keiner meiner Gegner auch nur irgendwelche Reste eines Athena-Tempels auf der Burg nachweisen kann, die älter als unsere Hekatompedon-Fundamente wären und daher den Anspruch erheben könnten, zu einem noch älteren Athena-Tempel zu gehören". Sed haec affirmatio audacior videtur, postquam v. d. Holland, unus ex Americanis, qui hisce annis Erechtheum diligentissime exploraverunt, haec monuit: „the evidence shows clearly that at the time the late fifth century Erechtheum was built, there already existed on the site Mycenaean and classic constructions which were respected and the lines of which were paralleled by the later structure. In the case of the classic pre-Erechtheum at least, the orientation was identical with that of the building which replaced it" [13]). Haec opera equidem nullus dubito, quin pertineant ad templum, de quo agitur in notissima illa inscriptione anni fere 485, IG I suppl. p. 137, 19, ubi legimus vs. 8 sqq.: τὸς ἱε[ρορ]γõντα[ς] μ[ὲ ὀρε̃ν] με[ταχσὺ τõ ν]εὸ ⋮ καὶ τõ πρὸ[ς

[10]) *Jahrb.* XVII 1902, p. 4. [11]) mihi quidem rectissima videtur. Nam simili ratione et alibi, velut Mycenis et Tirynthe, in ruderibus veteris regiae postea aliquod templum exstructum est.

[12]) cf. Busolt, *Griech. Gesch.* II p. 132 sqq., Beloch, *Griech. Gesch.* I² 1, p. 216 sq., Ledl, *Studien z. älteren athen. Verfassungsgeschichte*, p. 207 sqq.

[13]) *A. J. Arch.* XXVIII 1924, p. 23, in dissertatione, quae inscribitur „*The Remains of the Pre-Erechtheum*".

ἓο μεγάλ]ο β[ο]μῶ ⋮ [μεδ' ἔκ]τοθεν ⋮ [τῶ ν]εὸ ⋮ ἐντὸς τῶ Κ[εκροπίο ⋮ μεδ' ἀν]ὰ πᾶν τὸ Ηεκατόμπ[εδ]ον ⋮ μεδ' ὄνθο[ν] ἐγβ[άλεν ⋮] [14]). Hi versus, quamquam, quomodo supplendi et interpretandi sint, non ab omni parte constat, luce clarius tamen evincunt initio saec. VI iuxta Hecatompedum Cecropiumque aliud templum exstitisse. Hoc ipsum Doerpfeld negat atque verba τὸν νεών Hecatompedi cellam ad orientem spectantem designare statuit (p. 8). Atqui, quisquis hanc inscriptionem mente non praeoccupata legit, animadvertet hic non de duobus, sed de tribus inter se vicinis quidem et cohaerentibus, attamen diversis fanis agi. Itaque ὁ νεώς ille quid aliud esse potest nisi priscum templum Minervae Erechtheique, ad quorum communem cultum iam Herodotus alludit [15]), quod templum apud Homerum commemoratur [16]), inque cuius locum saeculo quinto exeunte novum templum, Erechtheum, quod dicimus, successit.

Novum hoc Erechtheum in laterculo operum ab huius templi curatoribus a. 409/8 locatorum ita designatur: ὁ νεὼς ὁ ἐμ πόλει, ἐν ᾧ τὸ ἀρχαῖον ἄγαλμα [17]). Quae verba Doerpfeld vertit hisce: „der Tempel auf der Burg, in dem das alte Kultbild (stehen soll)" [18]); nam priscum illud signum tunc temporis adhuc in Hecatompedo collocatum fuisse contendit. Haec autem interpretatio, quae iam per se dissimillima veri videri possit, aliquatenus refutatur inscriptione nuper in arce inventa [19]). Cuius tituli A vs. 19 sqq., qui primi editores fuerunt, A. Pogorelski et F. Hiller de Gaertringen, hoc modo suppleverunt: τούτον [δὲ χσυμπάντον συνεπι]μελόσθον hοι ἐπιστάται [τῶ νεὸ τῶ ἐμ πόλει ἐν hῶι] τὸ ἀρχαῖον ἄγαλμα. Haec autem in epistula ad me data correxit Hillerus atque recognitione lapidis a v. cl. B. H. Hillio facta usus vs. 20/21 iam legit: hοι ἐπιστάται [τῶ ἀρχαίο νεό, ἐν hῶι] κ[αὶ] τὸ ἀρχαῖον ἄγαλμα [20]).

[14]) cito hunc titulum ex recensione, quam dederunt Wilhelm et Körte, *G. G. A.* 1908, p. 839, quam Doerpfeld quoque laudat. Alia supplementa habent Jahn-Michaelis, *op. cit.* App. Epigr. n. 20, tituli imaginem phot. Wiegand, *op. cit.* p. 111, fig. 114. In hoc titulo hic illic alia se legere et supplere memini mihi dicere v. cl. Hillium; quae ut brevi tempori publici iuris faciat, multi haud dubie nobiscum optant (cf. etiam Hiller de Gaertringen, *Jahrb. d. Philol. Vereins* LXII 1922, p. 192).

[15]) V. 82, ubi Athenienses traduntur Epidauriis lignum oleagineum dedisse: ἐπ' ᾧ ἀπάξουσι ἔτεος ἑκάστου τῇ Ἀθηναίῃ τε τῇ Πολιάδι ἱρὰ καὶ τῷ Ἐρεχθέι; cf. How et Wells ad locum. [16]) B 546 sqq., η 78 sqq.; utroque loco templum, non regiam designari pro certo habeo. [17]) IG I 322.

[18]) aeque audacter interpretatur eiusdem tituli vs. 75: (τοῦ τοίχου) τοῦ πρὸς τοῦ ἀγάλματος, nec non in rationibus curatorum Erechthei anni 409/8 IG I suppl. p. 75, 321 col. III vs. 43 sqq.: ἐπὶ τὴν [ὀρ]οφὴν ἐπὶ τὰς σελίδας τὰς ὑπὲρ [τοῦ] ἀγάλματος. [19]) cf. *S.E.G.* I. 3.

[20]) equidem in pulcherrima imagine photographica a v.d. G. Welter

Quae restitutio si recte se habet, *τὸν ἀρχαῖον νεών* eundem esse atque *τὸν νεών*, *ἐν ᾧ τὸ ἀρχαῖον ἄγαλμα*, iam constat.

Idem docent decem fere tituli saeculi quarti, in quibus inter res *ἐν τῷ ἀρχαίῳ νεῷ ἅστατα* nonnulla ornamenta recensentur ad signum Minervae in hoc templo asservato pertinentia, nempe haec: *στεφάνη, πλάστρα, ὄχθοιβος, ὃν ἔχει ἡ θεὸς ἐπὶ τῷ τραχήλῳ, ὅρμοι πέντε, γλαῦξ χρυσῆ, αἰγὶς χρυσῆ, γοργόνειον χρυσοῦν, φιάλη χρυσῆ, ἣν ἐν τῇ χειρὶ ἔχει* [21]). Ornamentorum genus, praecipue *φιάλη* illa, sedentis deae signum indicat, quale ex haud paucis vasis [22]) nec non compluribus imagunculis fictilibus [23]) cognovimus. Sedentis autem Minervae imaginem unam omnium antiquissimam fuisse lucidissime me iudice demonstravit Frickenhaus [24]). Qui vir doctissimus proceram et erectam hastaque armatam Minervae figuram Pisistrati demum aetate Athenis vulgari coeptam esse atque praecipue inveniri in pulchris illis amphoris, quae praemia proponerentur victoribus in ludis Panathenaicis, ab eodem Pisistrato anno 566 institutis [25]), rectissime monuit. Nonne igitur veri simillimum est Pisistratum pugnacem bellicosamque Palladis figuram, quae novae rei publicae luxuriantes vires digne repraesentaret, in suo templo, h.e. in Hecatompedo, primum instituisse? Certe huic opinioni respondent Hecatompedi fastigia: hic quoque Pallas armata oculis occurrit. Contra ea sedentis Minervae signi, h.e. *τοῦ ἀρχαίου ἀγάλματος*, et tunc et postea semper *ὁ ἀρχαῖος νεώς*, i.e. Erechtheum quod dicitur, domus fuit.

Doerpfeldo si credimus, omnes saeculi quarti inscriptiones, de

confecta, quam Hiller benignissime mihi commodavit, vs. 21 in voce *καὶ* litteram K, quam in lapide legit Hill, dispicere non potui, litteram A satis dilucide dispexi. Ceterum utrum novum Erechtheum hic designetur, an templum, in cuius locum Erechtheum successerit, dubitari potest. Nam de aetate tituli ambigitur. Hiller titulum tribuit anno fere 420, Dinsmoor (cf. *S.E.G.* II. 2) a. 436/5, cui opinioni propter litterarum formas potius adstipulor. Hillerum si sequimur, de novo utique Erechtheo agitur, Dinsmoorii opinio si recta est, verisimilius de vetere Erechtheo cogitandum est. Nam novum Erechtheum iam a. 436 exstrui coeptum esse, quod et Dinsmoor et Doerpfeld opinantur, vix credo. Immo quod a. 421 Euripidis fabula Erechtheus acta est, id non fortuito factum, sed cum instaurato illo ipso anno Erechtheo cohaerere putaverim.

[21]) cf. n. IX, vs. 11 sqq. Reliquos titulos huc pertinentes composuit Frickenhaus, *Ath. Mitt.* XXXIII 1908, p. 18 sq.

[22]) luculentissimum exemplum exhibet Gerhard, *Auserles. Vasenbilder* 242,1 (= Petersen, *Die Burgtempel der Athenaia* p. 43, fig. 4).

[23]) de his cf. Frickenhaus, *l.c.* p. 22 sqq. [24]) *l.c.* p. 25 sqq.

[25]) cf. *Fr. Gr. Hist.* ed. Jacoby, I p. 60, n. 2. De vasis Panathenaicis cf. Brauchitsch, *Die panathenaïschen Preisvasen.*

quibus supra vidimus, ad Hecatompedum referendae sunt, quod templum usque ad imperatoriam aetatem superfuisse putat. Quod Xenophon narrat ad annum 406/5: *ὁ παλαιὸς τῆς Ἀθηνᾶς ναὸς ἐνεπρήσθη*[26]), Hecatompedum hic significari Doerpfeld consentit, sed post incendium templum restauratum esse censet (p. 20). Iam rogare licet, cur tandem Athenienses priscum illud templum, quod iuxta Parthenonem Erechtheumque satis inutile et supervacuum foret, quodque praeterea Erechthei porticum virginum, quo nullum in arce pulchrius monumentum exstabat, conspectui subtraheret, restituere in animum induxerint. Doerpfeld hunc in modum scrupulum nobis eximit (p. 21): „ich vermute, dasz die konservative Partei Athens, die allen Neuerungen auf der Burg widerstrebte und die Einschränkung des geplanten Erechtheions durchgesetzt hatte, auch die Wiederherstellung des verbrannten Tempels zu erreichen verstand." Iam videamus, quibus argumentis vir cl. hanc opinionem firmare conetur.

Primum argumentum haurit ex inscriptione anni 395/4, ubi agitur de *„τοῦ νεὼ τὰ κεκαυμένα"* restituendo[27]), sed quidni hic cogitandum est de Erechtheo, quod templum, quippe quod Hecatompedum attingeret, sive eo incendio, cuius mentionem fecit Xenophon, sive alio aliquo incendio, detrimentum accepisse conicias.

Neque quidquam est, cur magis ad Hecatompedi quam ad Erechthei restitutionem pertinere putemus ea, quae legimus in decreto paulo post a. 394/3 facto, ubi Carpathii laudantur, quod cyparessum dedicaverant: *ἐπὶ τὸν νε[ὼν τῆς Ἀθηναί]ας τῆς Ἀθηνῶμ μ[εδεόσης]*[28]).

Restat incendium Opisthodomi, de quo loquitur Demosthenes XXIV. 136. Sed hic minime cum Doerpfeldo de igne anni 406 cogitandum esse iam supra (p. 59) ostendimus. Accedit, quod mea quidem sententia inter Opisthodomum illum et Hecatompedum nulla ratio intercedit. Asseverat quidem Doerpfeld pro Opisthodomo habendam esse partem posticam Hecatompedi — cuius pars antica fuerit *ὁ νεώς* —, sed haec opinio nullis certis argumentis stabilitur. Immo vox Opisthodomus nusquam ita adhibetur, ut pro certo constet Hecatompedi partem ea designari; quo-

[26]) Hell. I. 6. 1. — Quid intersit inter *παλαιός* (opp. *νέος*) et *ἀρχαῖος* (opp. *καινός*) copiose demonstravit Capps, *Class. Phil.* II 1907, p. 33 sqq., qui laudat Schmidt, *Synonymik d. griech. Sprache* II p. 79 sqq. Equidem verba Xenophontis in linguam vernaculam verterim per „de voormalige Athenatempel". Nam Hecatompedum a. 406 iam non in usu fuisse pro certo habeo.

[27]) IG II 829_3, Doerpfeld, *l.c.* p. 20, annuente Dinsmoorio, *A. J. Arch.* XVII 1913, p. 265, hunc titulum adsignat anno 406/5 vel 405/4, cui opinioni repugnat litteratura; cf. etiam *Syll.*[3] 129 not. 5.

[28]) *Syll.*[3] 129, vs. 9 sqq.; cf. p. 15.

tiens adhibetur, semper fieri potest, ut Parthenonis pars denotetur; hic illic Parthenonis partem significari aut veri est simillimum aut constat. Omnes locos recensere, ubi Opisthodomus commemoratur, nec lubet nec necesse videtur, tres promere mihi liceat [29]): 1° locus omnium antiquissimus est decretum Calliae [30]), quod decretum, quamquam latum est nonnullis annis ante annum 420, quo fere lapidi insculptum est, utique tamen referendum est ad eam aetatem, quo Parthenon fere consummatus ad res sacras accipiendas idoneus erat, ita ut vocem, quae est Opisthodomus, in hoc decreto Parthenonis quandam partem designare posse appareat; Hecatompedum certe in hoc decreto diserte non commemoratur. 2° in una e tribus recensionibus [31]), quibus res sacrae, a. 398/7 a collegio quaestorum Minervae et reliquorum deorum traditae, pernumerantur, post res in Parthenonis cella centumpedali asservatas corollarii loco recensentur res ἐν τῷ Ὀπισθοδόμῳ ἐκ τῆς κιβωτοῦ τῆς Βραυρωνόθεν [32]). Simili ratione hae res recensentur in traditione anni 390/89, ubi eadem verba pro certo suppleta sunt [33]). Quapropter nullum dubium esse potest, quin donaria illa Brauroniae inde ab anno 406 usque ad annum 385 hoc modo recenseri et in Opisthodomo asservari solita sint [34]). Iam rogamus, num verisimile sit eas res in Hecatompedo asservatas fuisse, quod templum anno 406 incendio aut consumptum aut certe corruptum est, quodque num omnino restitutum sit, valde dubium est. Accedit, quod cella centumpedalis cum Opisthodomo tam arte coniuncta eiusdem templi partes designari indicium est. 3° Plutarchus auctor est Athenienses anno 307/6 Demetrio Antigoni filio *Parthenonis* Opisthodomum deversorium attribuisse [35]). Hoc utique loco vox Opisthodomus diserte de Parthenonis parte postica usurpatur.

[29]) loci, qui huc pertinent, congesti sunt ab Jahn-Michaelis, *op. cit.* p. 55 sq.
[30]) IG I 32 + suppl. p. 12 et 63 = *Syll.*[3] 91, ubi Kirchner not. init. de tituli aetate copiose disseruit. [31]) cf. p. 58.
[32]) IG II 652 B vs. 23 sqq. [33]) IG II 660 vs. 61 sqq.
[34]) si demonstrari posset omnium rerum Brauroniae, quae in titulo nostro X/XI recensentur, Opisthodomum receptaculum fuisse, id documento esset Opisthodomum ad τὸν ἀρχαῖον νεών omnino non pertinere. Namque nonnullae ex his rebus diserte esse dicuntur ἐκ τοῦ ἀρχαίου νεώ. Sed iam supra (p. 67) monui verisimilius esse partem certe illarum rerum atque vestimenta in ipsius deae fano asservata fuisse. Et ne ex eis quidem, quae legimus in decreto Calliae, *Syll.*[3] 91[A] vs. 16 sqq.: hοῦτοι (scil. quaestores rerum sacrarum reliquorum deorum) δὲ ταμιευόντον ἐμ πόλει ἐν τῶι Ὀπισθ[οδό]μοι τὰ τῶν θεῶν χρέματα, hόσα δυνατὸν καὶ hόσιον, res Brauroniae omnes in Opisthodomo asservari solitas fuisse colligi posse puto. Nam etiamsi in hoc titulo verbum ταμιεύειν latine per asservare potius quam per administrare reddas, restat tamen scrupulus in voce χρήματα, qua nimirum non ornatus ille muliebris sed pecunia ac res pretiosiores significantur. [35]) vit. Demetr. 23.

Sed non desunt alia. In titulo illo anni 485, de quo supra vidimus (p. 78/9), occurrunt τὰ οἰκήματα τὰ ἐν τῷ Ἑκατομπέδῳ (vs. 17 sqq., cf. vs. 2). Apud Herodotum V. 77 commemoratur τὸ μέγαρον τὸ πρὸς ἑσπέρην τετραμμένον, quod μέγαρον ad Hecatompedum pertinere quivis Doerpfeldo facile concedet. Sed Opisthodomi his locis nulla fit mentio, sicut exspectaveris, si cum Doerpfeldo Opisthodomum Hecatompedi partem posticam fuisse statuas.

Itaque ut de Opisthodomo complectamur quae vidimus: vox Opisthodomus non nisi Parthenone iam exstante invenitur; quotiens usurpatur Parthenonis partem quandam aut designat aut designare potest (huiusmodi sunt ad unum omnes loci, quos Doerpfeld citat); Herodotus, ubi Hecatompedi partem posticam significare videtur, habet τὸ μέγαρον; in uno atque unico titulo, quo procul dubio de Hecatompedo agitur, Opisthodomi nulla fit mentio. Quapropter me quidem iudice vox Opisthodomus sicubi occurrit Hecatompedum eo tempore exstitisse minime demonstrat.

Denique videamus, quaenam alia argumenta Doerpfeld afferat, quibus Hecatompedum usque ad aevum Romanum perdurasse evincat. Haurit v. cl. haec argumenta ex tribus scriptoribus posterioris aetatis.

Primus locus, quem affert, legitur apud Strab. IX. 1. 16: τὸ δ' ἄστυ αὐτὸ πέτρα ἐστὶν ἐν πεδίῳ περιοικουμένη κύκλῳ· ἐπὶ δὲ τῇ πέτρᾳ τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερόν, ὅ τε ἀρχαῖος νεὼς ὁ τῆς Πολιάδος, ἐν ᾧ ὁ ἄσβεστος λύχνος, καὶ ὁ παρθενών, ὃν ἐποίησεν Ἰκτῖνος. Doerpfeld de *Hecatompedo* et Parthenone hic agi putat. Immo agitur de *Erechtheo* et Parthenone. Nam quid est, cur Strabonem Erechtheum nominare praetermisisse putemus?

Alter locus legitur apud Vitruvium de arch. IV. 8. 4: „item generibus aliis constituuntur aedes ex isdem symmetriis ordinatae et alio genere dispositiones habentes, ... columnis adiectis dextra ac sinistra ad umeros pronai. Hoc autem genere primo factae sunt, uti est Castoris in Circo, *Athenis in arce* et in Attica Sunio *Palladis Minervae*. Earum non aliae, sed eaedem sunt proportiones: cellae enim longitudinibus duplicis sunt ad latitudines uti reliquae, sed is omnia, quae solent esse in frontibus, ad latera sunt translata". Quamnam Minervae in arce aedem hic designat Vitruvius? Rectissime demonstrat Doerpfeld neque Hecatompedum neque Parthenonen hic designari posse, sed Erechtheum, cuius pars occidentalis cum Vitruvii descriptione optime congruat. „Aber", ait v. cl., „gerade der westliche Teil war nicht der Athena, sondern sicher dem Poseidon-Erechtheus geweiht. Daraus schliesze ich, dasz Vitruv entweder den Namen des Inhabers des Tempels überhaupt nicht genannt oder ungenau angegeben hat" (p. 26). Atqui, si

nobiscum statuis universam aedem, i.e. et partem Minervae sacram et partem Erechtheo dicatam verbis „aedes Palladis Minervae" denotari, iam nihil restat, cur haereas.

Tertium nec infirmissimum suae opinionis patronum et commendatorem Doerpfeld affert Pausaniam. De Pausaniae templorum in arce descriptione copiose disserit (p. 27—39) atque ex ea complura argumenta invenire sibi videtur, quibus Hecatompedum tunc temporis adhuc exstitisse efficiat. Age iam quae de Erechtheo Pausanias narrat ipsi recenseamus. Sed ante omnia teneamus hoc templum consistere ex duabus inter se diversis partibus. Ex altera autem parte in alteram nullum transitum fuisse constat. Itaque, si quis Erechtheum describere aggrediatur, eum utramque partem seorsum descripturum esse exspectes. Hoc ipso modo agit Pausanias [36]). Incipit a parte occidentali, quam denotat verbis *οἴκημα Ἐρέχθειον καλούμενον* In hac templi parte primum recenset altaria Neptuni [37]), Butae, Vulcani, tum (*διπλοῦν γάρ ἐστι τὸ οἴκημα*) cisternam aquae marinae et signum tridentis. Deinde separatim describit partem templi orientalem. Neque ulla causa est, cur cum Doerpfeldo ea, quae sequuntur, ad Hecatompedum pertinere putemus. Notat Pausanias in cella orientali primum signum Minervae, tum lychnum illum aureum, de quo etiam Strabo mentionem facit, e cuius verbis, quae supra laudavi, dilucide apparet agi de *τῷ ἀρχαίῳ νεῷ*. Iam pergit Pausanias: *κεῖται δὲ ἐν τῷ ναῷ τῆς Πολιάδος Ἑρμῆς ξύλου κτλ.*; deinde nonnullas alias res votivas commemorat. Haec verba Doerpfeldo denuo documento sunt Hecatompedum significari. Immo vero, quandoquidem *totum* Erechtheum, quod dicimus, *ὁ (ἀρχαῖος) νεὼς (τῆς Ἀθηνᾶς) τῆς Πολιάδος* audiebat, quid tandem obstat, quominus hic verbis *ὁ ναὸς τῆς Πολιάδος partem* templi denotari opinemur? Quid, quod supra vidimus Vitruvium verbis, „aedes Minervae Poliadis" alteram templi partem, quae quidem Erechtheo sacra esset, indicavisse? Ita interpretando iam omnia plana et expedita fiunt. Nam sacram olivam postquam commemoravit, Pausanias pergit hisce: *τῷ ναῷ δὲ τῆς Ἀθηνᾶς Πανδρόσου ναὸς συνεχής ἐστι*, quibus verbis ab Erechtheo discedit atque ad alia transit.

Ut iam summatim concludamus: neque Hecatompedum unum idemque esse atque *τὸν ἀρχαῖον νεών* neque Hecatompedum post annum 406 restitutum esse atque usque ad imperatoriam aetatem exstitisse ullis idoneis testimoniis argumentisve Doerpfeld demonstravisse videtur.

[36]) I. 26. 5 sqq., cf. Jahn-Michaelis, *op. cit.* p. 65 sqq.

[37]) habet Pausanias: *ἰσελθοῦσι δέ εἰσι βωμοί, Ποσειδῶνος, ἐφ' οὗ καὶ Ἐρεχθεῖ θύουσιν*, e quibus verbis elucet hic agi de parte templi Neptuno Erechtheoque sacra, non vero de cella Poliadis, ut vult Doerpfeld *op. cit.* p. 33.

XII. — Fragmentum traditionis rerum in Chalcotheca ex altera parte saeculi IV^{i}.

Inv. n. 2945. Fragmentum tabulae marmoris Hymettii opisthographae undique mutilum, inventum in arce. Alt. 0^{m} 17, lat. 0^{m} 25, crass. 0^{m} 19, alt. litt. 0^{m} 005; litterae στοιχηδόν exaratae. Hic illic de lectione cum haesitarem, v. cl. A. M. Woodward, qui Instituto Britannico hoc tempore praeest, roganti mihi alterum ectypum benigne misit. Litteras autem lateris aversi col. I vs. 7—11 et col. II vs. 4—8 prorsus evanuisse et ectypa iam demonstrare mihi visa erant et v. cl. E. Ziebarth, qui, qua est comitate, lapidem ad id ipsum inspexit, confirmavit.

A

Col. I.

ΙΙΚΡΑΓ
ΝΕΧΟΥΣ
ΟΥΧΥΓΙ
ΦΙΟΝΧΑ
ΝΧΑΛΚΟ
ΧΑΛΚΟ
:ΔΓ||
ΝΑΚΕΣ
ΕΓΙΔ
ΙΑΑΝ
ΥΕΝΓ
ΗΜΑΤ
ΟΝΕ
ΕΙ
ΟΥΚ

Col. II.

|ΝΑ:||:Ο
ΑΙΛΕΟΝΤΩΝ:|||:
ΑΙ:ΣΦΙΓΓΙΔΙΑ:|
ΤΙΝΑΟΥΚΕΝΤΕΛΗ:
ΙΟΝΕΛΕΦΑΝΤΙΝΟΝΟΥ
Σ:ΛΕΟΝΤΙΟΝΕΓΙΧΡΥΣΟΝ
ΝΤΕΛΕΣ:ΧΕΙΡΕΣΕΛΕΦΑΝ
Ι:|||:ΟΥΚΕΝΤΕΛΕΙΣ:Γ
ΙΧΛΙΟΕΣΕΛΕΦΑΝΤΙΝΑΙ:
ΥΓΟΞΥΛΟΙΟΥΚΕΝΤΕΛΕΙΣ
ΝΤΙΑ:||||:ΕΛΕΦΑΝΤΙΝ
ΕΝΤΕΛΗ:ΙΓΓΟΥΣΚΕΛΟΣ
ΕΡΥΑΕΛΕΦΑΝΤΙΝΑΟΥΚ
ΚΑΙΔΑΚΤ ΛΙ[illegible] ¯|
ΦΙΓΓΙΔΙ
ΕΝΤΕΛΕΣ:

B

Col. I.

ΟΝ
ΑΙ
ΕΣΧ
ΜΟ
:Ε
Ε

Col. II.

Ν
ΟΣΘΗΜΑΤΑ
ΤΟΥΤΩΝ:ΔΥΟ|

5 vs.
prorsus deleti

: Κ Α
5 vs. prorsus deleti
Α Σ Δ Ι Γ Η Χ Ε Ι Σ Τ Ρ Ι Χ Ο Τ
Ν Τ Ε Λ Ε Ι Ι : | | | : Κ Α Τ /
Ο Υ Δ Ε
Ε Λ Ε
Υ
Δ Ι Γ Η Χ Ε Ι Σ Τ Ρ Ι Χ Ο Τ Ο
Υ Γ Ι Ε Ι Σ Ο Υ Δ Ε Ν Τ Ε Λ Ε
Ε Τ Ε Ρ Ο Υ Σ Δ Υ Ο Κ Α Τ Α
Γ Η Χ Ε Ι Σ Τ Ρ Ι Χ Ο Τ Ο
Σ Ο Υ Δ Ε Ν Τ Ε Λ Ε Ι Σ :
Τ Ρ Ο Τ Ο

A (latus anticum)

Col. I

στοιχ. 24

---------- μικρά, γ-
[ρῦπες? δύο, ἡ μὲν κεφαλὴ]ν? ἔχουσ-
[α, ἡ δ' οὐκ ἔχουσα, χαλκαῖ] οὐχ ὑγι-
[εῖς οὐδ' ἐντελεῖς: σκά]φιον χα-
[λκοῦν οὐχ ὑγιές: κώθω]ν? χαλκõ-
[ς οὐκ ἐντελής: πίνακε]ς χαλκο-
[ῖ: .³..: πίνακες χαλκοῖ] : ΔΓΙΙ
[: οὐχ ὑγιεῖς: ἕτεροι πί]νακες
[χαλκοῖ: ..³.: ἐπισκευῆς?] ἐπιδ-
[εεῖς?: κοῖται? χαλκαῖ.., μ]ία ἄν-
[ευ ἐπιθήματος: ...⁷....]υ ἐν γ-
[.....¹¹.....: ἄνευ ἐπιθ]ήματ-
[ος:?.....¹⁸.....]ον ἐ-
[λεφάντινον?:.....¹¹.....]εῖ-
[ς?.....²⁰.....] οὐκ
[ἐντελ ----------]

Col. II

[----------ἐλεφάν]- στοιχ. 23
[τ]ινα: ΙΙ: ο[ὐκ ἐντελῆ: κεφαλ]-
αὶ λεόντων: ΙΙΙ: [ἐλεφάντιν]-
αι: σφιγγίδια: Ι[ΙΙ: ἐλεφάν]-
τινα οὐκ ἐντελῆ: [θερμαντήρ]-
ιον ἐλεφάντινον οὐ[κ ἐντελέ]-
ς: λεόντιον ἐπίχρυσον [οὐκ ἐ]-
ντελές: χεῖρες ἐλεφάν[τινα]-
ι: ΙΙΙ: οὐκ ἐντελεῖς: π....
ιχαιθες? ἐλεφάντιναι: [ΙΙΙ:]
ὑπόξυλοι οὐκ ἐντελεῖς [: ἀκό]-
ντια: ΙΙΙΙ: ἐλεφάντιν[α οὐκ]
ἐντελῆ: ἵππου σκέλος[: ..⁴..]
έρυα? ἐλεφάντινα οὐκ [ἐντελῆ]
καὶ δακτ[ύ]λιος [οὐκ] ἐν[τελής: σ]-
φιγγίδι[ον ἐλεφάντινον οὐκ]
ἐντελές: ----------

B (latus posticum)

Col. I

στοιχ. 23 ? ?
---------- ον
---------- αι
---------- ες χ-
[αλκο--? ----------]μο-
----------: ἐ-
[λεφάντιναι οὐχ ὑγιεῖς οὐδ'] ἐ-
[ντελεῖς?:] 5 vs. prorsus deleti

Col. II

...ν [.....¹⁶.....πρ]- στοιχ. 22
οσθήματα [ἔχοντες, ἀριθμὸς]
τούτων: δύο Ι.....¹¹.....
5 prorsus deleti
.....¹³.....: κα[ταπάλτ]-
ας διπήχεις τριχοτ[όνους ἐ]-
ντελεῖ(ς): ΙΙΙ: κατα[πάλτας]

Col. I	Col. II
[- - - - - - - *οὐχ ὑγιε* - -] *οὐδ' ἐ-*	*διπήχεις τριχοτό[νους οὐχ]*
[*ντελ* - - - : - - - - - - - - - - - -] *ἐλε-*	*ὑγιεῖς οὐδ' ἐντελε[ῖς* : III :]
[*φαντιν* - - : - - - : *οὐχ ὑγι* - - *ο*]*ὐ-*	*ἑτέρους δύο κατα[πάλτας τρ]-*
[*δ' ἐντελ* - - - - - - - - - - - - - - -]	[*ι*]*πήχεις τριχοτό[νους οὐχ ὑ]-*
- -	[*γιεῖ*]*ς οὐδ' ἐντελεῖς* : [*ἑτέρους*?]
- -	[*καταπάλτας*] *τρ*[*ιχ*]*οτό*[*νους*? - - -]

Huius tabulae lateri averso catalogum inscriptum esse *τῶν ἐν τῇ Χαλκοθήκῃ παραδοθέντων* ex genere rerum efficimus, quae col. II vs. 9 sqq. recensentur. Nam arma, quorum ibi mentio fit, nimirum in aedificio ad id ipsum destinato, nempe in armamentario quod *ἡ Χαλκοθήκη* dicebatur, asservabantur [1]). De rebus in latere adverso perscriptis minus constat. Nonnullae aliunde prorsus ignotae sunt; ex ceteris pars inter res Minervae alibi asservatas, pars inter res in ipsa Chalcotheca commemoratur. Namque asservabantur in Chalcotheca praeter arma etiam donaria Minervae, praecipue aenea et eburnea. Ex quibus quia haud pauca in nostri tituli parte adversa designari videntur, huius quoque lateris inscriptionem ad catalogum rerum *ἐν τῇ Χαλκοθήκῃ* pertinere, dubitanter sane, statuo.

Rerum in Chalcotheca asservatarum non ante saeculi IV[1] partem priorem in titulis mentio fit. Recenseri solent in traditionibus quaestorum Minervae [2]); multae quoque enumerantur in decreto paulo post annum 362/1 facto, quo senatus res in Chalcotheca denuo persignandas curavit [3]).

Chalcotheca illa ubi in arce sita fuerit, nondum plane constat. Plerique autem viri d. ex auctoritate Doerpfeldi [4]) statuunt Chalcothecam esse illud aedificium cum porticu, cuius rudera occidentem versus a Parthenone supersunt.

---

[1]) cf. IG II 720 *B* I 12 sqq., 725 *B*, quem titulum infra restituere conatus sum, 733*B*, 734, II suppl. p. 182, 735*bB*.

[2]) IG II 678*B* (hanc traditionem ad annum fere 368/7 referendam esse probabile est; nam in latere adverso alia Minervae donaria illo ipso anno tradita recensentur), II 689 (ante a. 350), II suppl. p. 179, 700 *b B* 18 sqq. (circ. a. 350), II 715 (post a. 330/29), II 716*B*, II suppl. p. 180, 716 *b* (huius tituli vs. 18 sqq. res eburneae continentur), II 722*B* (post a. 322/21), II 720*B* II 27 sqq. (post a. 320/19), 721*B* II (post a. 319/8), II suppl. p. 180, 716 *c*. — Inde ab anno 330 iam tertium rerum genus in Chalc. asservabantur, arma pensilia, quae ad apparatum centum triremium pertinebant, cf. IG II 721*B* II 21 sqq., 728*B*, Add. p. 508, 729 *b B*.

[3]) IG II² 120. Vid. excursum.

[4]) *Ath. Mitt.* XIV 1889, p. 306 sqq.; cf. Wachsmuth, *R. E.* III. 2097 sq.

Titulum propter litteraturae rationem ad aetatem Lycurgeam referendum esse censeo. Fuit autem Lycurgus aerario publico administrando praepositus inter annos 338 et 326 [5]).

A col. I

Nonnullos versus huius columnae restituere posse mihi visus sum, vicenas quaternas litteras singulis versibus si attribuerem.

Vs. 2/3: saepe hac ratione res in Chalcotheca recensentur: res duae, altera - -, altera - -, cf. e. g. IG II 720 $^{B}{}_{\text{I 47 sqq.}}$ Loco γ[ϱῦπες] possis etiam γ[λαῦκες] coll. IG II 678 $^{B}{}_{76}$ Chalc.

Vs. 4: σκαφεῖον occurrit inter res Chalc. IG II 678 $^{B}{}_{18}$.

Vs. 5: [κώθω]ν dubitanter supplevi coll. IG II 678 $^{B}{}_{58}$, 689_{10} Chalc.

Vs. 6 sqq.: inter res in Chalc. multae patellae aeneae enumerantur, e. g. IG II² 120, vs. 41 sqq. (= II suppl. p. 180, 700 $b_{B\ 22\ \text{sqq.}}$): πίνακες χαλκοῖ - - ΓΠΙΙ, ἕτεροι πίνακες [κ]ατεαγότε[ς .] ι, - - ἕτεροι πίνακες χαλκο[ῖ ἐπι]σκευ[ῆ]ς δεόμενοι - -, IG II 689_{9}, etc.

Vs. 10/11: cf. IG II 678 $^{B}{}_{4}$ κοῖται χ[α]λκαῖ Chalc., IG II² 120, vs. 37 sqq. (= II 700 $b_{B\ 21\ \text{sqq.}}$): κοῖται χ[α]λ[καῖ ἐ]ντελῆς △[△]△△, τούτων μία [κατάπ]τυκτος· ἕτεραι κ[ο]ῖτ[αι χα]λκαῖ ἐπισκευῆς δε[ό]μεν[αι . .]· τούτων μία ἐπίθημα ο[ὐκ ἔχει]; aliae occurrunt inter res in Hecatomp. IG II 666, vs. 7: [κοῖται κεναὶ χαλκαῖ, μία ἄνευ ἐπιθή]ματος (sic ab A. M. Woodward, *J.H.S.* XXIX 1909, p. 181 e novo fragmento pro certo suppl.).

A col. II

Singuli versus vicenarum ternarum litterarum fuerunt.

Vs. 1/2: λέοντος κεφαλή occurrit inter res in Parthenone IG I 162_{11}, 170_{10}, etc.

Vs. 3: σφιγγίδια occurrunt inter res Minervae IG II 701 I_{63} sqq.

Vs. 4/5: [θερμαντήρ]ιον coll. IG II 689_{2} (Chalc.) satis pro certo suppleri posse videtur. Alterum certe vocabulum totidem litterarum in -ιον exiens, quod hoc loco apte suppleri possit, inter res sacras Minervae frustra quaesiveris [6]).

Vs. 7: in numero donariorum Minervae occurrunt χεὶρ δεξιά (IG II 652 $^{A}{}_{22}$, 660_{11} Hecatomp.) et χεὶρ ἀριστερά (IG II 652 $^{A}{}_{18}$, 660_{9} Hecatomp., 715_{7} Chalc.).

Vs. 8/9: quid supplendum sit, haereo. Vs. 9 de lectione dubito; in

[5]) cf. *P. A.* p. 24 sqq., Lehner, *op. cit.* p. 116 sqq.

[6]) cf. Rouse, *Greek Votive Offerings*, Indices p. 409 sqq.

ectypo non nisi ΙΧΛΙΟΕΣ dispicere potui. Ceterum moneo ποδανιπτῆρες (cf. 678$^{B}_{58}$ Chalc.) omnino suppleri non posse.

Vs. 10/11: cf. IG II 716b_{29} [ἀκό]ντια μικρά (addas [ἐλεφάντινα]) Chalc., 714$_{33}$ [ἀκ]όντια ἐλε[φάντινα].

Vs. 12: ἵππος μικρός occurrit inter res Chalc. IG II 678$^{B}_{64}$; qui equus misellus, si modo ubique idem designatur, pessima fortuna usus esse videtur, cf. IG II^{2} 120$_{47}$ (= II 700b^{B}_{26}): ἵππος μικρὸς οὐρὰν οὐκ ἔχων, II 717$_{13}$ ἵππου κεφάλιον, hic ἵππου σκέλος!

B

Alterius columnae miseras reliquias iam non supplere possumus; singulos autem versus vicenarum ternarum litterarum fuisse e vs. 5/7 effici posse videtur. In altera columna nonnulla insunt digna, de quibus paucis disseramus. Catapultarum (cf. vs. 9 sqq.) multa genera inter res in Chalcotheca recensentur; cf. e. g. IG II 733^{B}, vs. 7 [καταπάλ]την πετροβόλον, 9 κατ. τρίπηχυν π[ετροβόλον], 10 κατ. τρί[πηχυν νευρό]τονον θυριδωτόν, 11 κατ. τρισπίθαμον νευρότονον, etc. [7]), et IG II 725^{B}, quem titulum, vicenas singulas litteras singulis versibus si adiudicaveris, iam hoc modo suppleveris: [. . :καταπάλ]τας διπ[ήχεις | νευροτόνους:] ΔΓ| : [βέλη: | σώρακοι κατα]πα[λ]τῶν: Δ [. : | ἕτερον καταπάλ]την δίπ[ηχ|υν νευρότονον: |] :καταπ[ά|λτην δίπηχυν τρ]ιχότονον. | *vacat.* Syracusanos a. 397/6, Motyam cum obsiderent, catapultis paulo ante inventis primos usos esse tradit Diodorus [8]). Quo tempore Athenienses novum belli instrumentum introduxerint, haud scio an e catalogis rerum in Chalcotheca asservatarum colligi possit. Nam in catalogo IG II 678^{B} — qui titulus ad annum 368/7 referendus esse videtur, cf. not. 2 — nondum catapultarum mentio fit, in decreto IG II^{2} 120 paulo post a. 362/1 facto occurrunt vs. 37 [σ]ώρακοι καταπαλτῶν. Quapropter hoc armorum genus circiter inter annos 370 et 360 Athenas introductum esse suspicor.

Vs. 10 sqq.: catapultarum nervi ex animalium nervis pilisve confici solebant; vocem τριχότονος addas lexicis. Etiam feminarum crinibus ad nervos faciendos utebantur, cf. Heron. Βελοποιικά 30

---

[7]) de catapultis cf. Schneider, *R. E.* VII, 1297 sqq., Schramm, *Die antiken Geschütze d. Saalburg* (1918^{2}), qui p. 86 novissimas hac de re dissertationes enumeravit.

[8]) XIV. 50. 4: ἀπὸ δὲ τῆς γῆς τοῖς ὀξυβελέσι καταπέλταις οἱ Συρακόσιοι χρώμενοι συχνοὺς τῶν πολεμίων ἀνῄρουν· καὶ γὰρ κατάπληξιν εἶχε μεγάλην τοῦτο τὸ βέλος διὰ τὸ πρώτως εὑρεθῆναι κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρόν.

(= 112,4 Wescher)[9]: *ὁ δὲ ἐν τοῖς ἀγκῶσι τόνος καὶ ἐκ τριχῶν γίνεται γυναικείων· αὗται γὰρ λεπταί τε οὖσαι καὶ μακραὶ καὶ πολλῷ ἐλαίῳ τραφεῖσαι, ὅταν πλακῶσιν, εὐτονίαν πολλὴν λαμβάνουσιν, ὥστε μὴ ἀπᾴδειν τῆς διὰ τῶν νεύρων ἰσχύος.* Huius usus unum alterumve exemplum afferre lubet. Tradit Strabo[10] Carthaginienses a Romanis obsessos sibi ipsos arma confecisse, inter alia cotidie *χίλια βέλη καταπελτικά, τρίχα δὲ τοῖς καταπέλταις*[11] *αἱ θεράπαιναι παρεῖχον*; de eadem re Appianus[12] ita: *ἐς δὲ τὰς ἐπιτάσεις αὐτῶν* (scil. catapultarum) *ἀπέκειραν τὰς γυναῖκας, τριχῶν ἑτέρων ἀπορίᾳ.* Tum conferas Caes. B.C. II. 9.3, ubi narrat Salonenses ab Octavio oppugnatos „praesectis omnium mulierum crinibus" tormenta effecisse.

Vs. 16 sq.: litterae inde ab hoc versu breviore inter se spatio positae sunt, ita ut ordo *στοιχηδόν* disturbetur.

EXCURSUS.

Titulum IG II suppl. p. 180, 700*b*^{B} vs. 18 sqq. e titulo IG II^{2} 120 vs. 32 sqq. fere totum restitui posse iam adnotaveram, cum cognovi W. Bannier, *Ph. Woch.* 1922, 839 (cf. *S.E.G.* I 16) prorsus idem admonuisse. Quapropter textum a me restitutum hic exscribere supersedebo, sed commemorare iuvat, quid e titulo IG II 700*b* iam suppleto ad textum tituli IG II^{2} 120 constituendum proficiamus, nempe haec: vs. 33 ΠΗΗΗΗΓ[ΓΙ], 37 in fine *χαλκαῖ* certum, 48/9 [*σιδη|ρ*]*ῦν* Ι, 50 [*ὑπόστατον μέγα*], 52 *μείζω* [ΙΙΙ *οὐχ ὑγιῆ*], 53/4 *οὐχ ὑγιή*[ς· *φιάλαι χαλκαῖ μέγα*]|*λαι οὐχ ὑγιεῖς* [Δ]Ι· *καθετὴρ χαλκῆς μ*[*έγας*], 56/7 *ὑδρίδ*[*ιον χαλκῦν· νίκη χαλκ*|*ῆ* Ι], 58 *κ*[*ανῦν χαλκῦν*]. Ceterum coniecerim: vs. 43 *ὤτων*, 49 in fine *ὀ*[*βελὸ*]*ς ο*[*ὐχ ὑγιής*], 51/2 *χαλ*[*κᾶ·· λεβήτια χαλκᾶ* | *ο*]*ὐχ ὑγιῆ*, 57/8 *το*[*ύτων αἱ πλεῖσται πυ*|*θμέν*]*α οὐκ ἔχουσιν.*

---

[9]) textum optime constituerunt H. Diels et E. Schramm, Herons Belopoiika, *Abh. Akad. Berlin, Phil. Hist. kl.* 1918, n. 2. [10]) p. 833, XVII. 3. 15.

[11]) mirum, quod apud scriptores forma *καταπέλτης*, in titulis *καταπάλτης* praefertur. [12]) Libyca 93.

TABULA VII



Phot. Petritsis

Fig. 7. Rationes epistatarum dearum Eleusiniarum.

XIII. — Fragmentum rationum epistatarum dearum Eleusiniarum, c. a. 435—420.

Inv. n. 5205. Fragmentum tabulae marmoris Pentelici undique mutilum. Alt. om 46, lat. om 33, crass. om 105, alt. litt. om 01, interv. vers. om 005. Litt. saec. V, στοιχηδόν dispositae. Vid. tab. phot. n. VII, fig. 7.

```
                  [illegible] M Y ≺
                Τ Τ Π Η Π Δ Δ
              T M E M A T O N Β
              ‖ ‖ ‖ [illegible] Γ A P A H
              ≻ O Γ E K E Θ E N L
              ⊦ Y T P O N Η Η Δ
                P E T E I O N X P
                E N I O N T O K O ·
                E O Σ T O H Y Γ O ⊦
                  N I O N T O K O I ·
                  T O K O I N O M I Σ
                  ≺ O I N O T E Σ Δ I
                    K A I X Σ Y M Γ P ⊦
                    P A I Σ X Y ⊦ I Δ O
                    Δ Δ Γ ⊦ [illegible] Γ A P A E
                      · X Σ Y N A P X ⌒
                        K E Y O N T ·
```

. . . .[8]. . . . [illegible] *μύσ[ται?* -- [illegible] ---------- [illegible] *ἀργυρίο ἓ*]-
[*πισέμο*] Τ Τ Π Η Π Δ Δ [-- [illegible] ---------- [illegible] *? πόλεσ*]-
[*ις προ*]*τμεμάτον ?? β*[*οείον ??* --- [illegible] ----------]
. . .[5]. . ‖ ‖ ‖ [illegible] *παρὰ h*[-- nomen demi -- [illegible] *παρὰ* --]
[. . . . *Ἀ*]*λοπεκῆθεν* Δ[-- [illegible] ----------]
[*δεκάτε*] *λύτρον* Η Η Δ[[illegible] ----------]
. . .[6]. . . *ρ ἐτείον χρ*[*εῶν τόκοι?* ------- [illegible] ------- *χρε*]-
[*ῶν ἐπιμ*]*ενίον? τόκοι* ----------
[. . . . *χρ*]*έος τὸ hυπόλ*[*οιπον* -------- [illegible] ------- *χρε*]-
[*ῶν ἐπιμε*]*νίον τόκοι, ν*[*ομίσματος* -- [illegible] ----------]
. . . .[7]. . . *τόκοι, νομίσ*[*ματος* ----------]

[Ⅲ παρὰ τῶ] κοινῶ τῆς Δι[όνες? - - Ⅲ παρὰ - - - - - - - - -]
. . . .[8] . . . καὶ χσυμπρυ[τανέον - - - - - - - - - - - - - - - - -]
[. . .[5] . Ⅲ πα]ρ' Αἰσχυλίδο [nomen demi καὶ e. g. χσυν]-
15 [αρχόντον] ΔΔΓ⊢Ⅲ παρὰ Ε - - - - - - - - - - - - - - - - - -
[. . .[7] . . . κα]ὶ χσυναρχό[ντον - - - Ⅲ τῶι δεῖνι - - - - - - -]
[. . .[6] . . . κερυ]κεύοντι [- - Ⅲ - - - - - - - - - - - - - - - - - - -]

Hunc titulum, quem propter litteraturam circiter inter annos 435 et 420 scriptum esse conicias, partem continere rationum epistatarum Eleusiniorum e versu primo intelligimus, ubi μύσ[ται] vel μυσ[τέρια] vel aliquid simile supplendum esse manifestum est. Accedit, quod nota Ⅲ, quae ter repetita legitur (vs. 1, 4, 15), quantum scio, nusquam alibi occurrit, nisi in titulo Eleusinio IG I suppl. p. 173, 225*h*[1]), ubi Kirchhoff distinctionis eam esse signum neque oboli aliquam particulam ea designari rectissime adnotavit. Tabulam, quippe quae ad dearum Eleusiniarum cultum pertineat, casu quodam Eleusine Athenas delatam esse suspicari in promptu est. Sed, quamquam saepe tituli alii alio delati sunt[2]), tamen hunc titulum inde ab initio Athenis collocatum fuisse mihi quidem persuasum est. Primum in tabulis illis, quibus res sacrae dearum Eleusiniarum anno 408/7 traditae continentur[3]), tria loca, ubi res sacrae asservari solebant, commemorantur: ἐμ πόλει, ἐν τῶι Ἐλευσινίωι τῶι ἐν ἄστει, Ἐλευσῖνι. Tum in decreto anni 423/2, quod *Eleusine* inventum est[4]), de ἀπαρχῇ deis Eleusiniis consecranda legimus haecce (vs. 26 sqq.): ἀναγράφσαντες δὲ ἐ[μ] πινακίοι τὸ μέτρον τῶ καρπῶ - -[κ]ατα⊕έντον (sc. sacerdotes) ἔν τε τῶι Ἐλευσινίοι Ἐλευσῖνι καὶ ἐν τῶι βολ[ευτ]ε[ρ]ίοι (nempe Athenis)[5]) et rursus vs. 48 sqq.: τὰς δὲ χσυνγραφὰς

[1]) hunc titulum quominus olim cum nostro coniunctum fuisse putemus, crassitudo lapidum diversa impedit.

[2]) e.g. tit. IG[2] II 657 partim Eleusine partim Athenis repertus est. Complura huius rei exempla attulit Ad. Wilhelm, *Beitr. z. Griech. Inschriftenkunde*; cf. p. 53 sq., 128, 169 sq., 171, 251, 323 sq.

[3]) IG I suppl. p. 168 sqq., 225 *c-f*, quae fragmenta composuerunt commentariisque instruxerunt Dragumis, Ἐφ. Ἀρχ. 1895, p. 60 sqq., Cavaignac, *Le trésor sacré d'Éleusis jusqu'en* 404 (diss. Paris 1908), W. Sardemann, *Eleusinische Uebergabenurkunden aus dem 5ten Jahrhundert* (diss. Gieszen 1914); brevitatis causa hunc tit. in posterum denotabo verbis „tit. a. 408/7".

[4]) IG I suppl. p. 59, 27*b* = Ziehen, *Leg. Sacr.* II 4, *Syll.*[3] 83, Michel 71.

[5]) lectionem traditam, quam defendit Rubensohn, *Mysterienheiligtümer* p. 77, denuo recepit Kirchner in *Sylloges* editionem tertiam; Dittenberger putavit lapicidam errorem commisisse, qui incidere debuisset ἔν τε τῶι Ἐλευσινίοι (nempe τῶι ὑπὸ τεῖ πόλει) καὶ Ἐλευσῖνι ἐν τῶι β. Quae coniectura si recta est — et mihi quidem rectissima videtur —, iam ad eunde exitum pervenimus, scil. decretum et Eleusine et Athenis propositum fuisse.

καὶ τὸ φσέφισμα τόδε ἀναγραφσάτο ho γραμματεὺς ho τẽς βολẽς ἐν στέλαιν δυοῖν λιθίναιν καὶ καταθέτο τὲν μὲν Ἐλευσῖνι ἐν τõι hιερõι, τὲν δὲ hετέραν [ἐ]μ πόλει. Atque revera Ad. Wilhelm particulam alterius huius decreti exemplaris, quod in arce collocatum fuit, *Athenis* invenit [6]). Denique in decreto de cippis terminalibus τῆς ἱερᾶς ὀργάδος, quae fuit Eleusine, restituendis (IG II² 204, vs. 56 sq.) titulus proponi iubetur: Ἐλευσῖνι πρὸς τῶι προ[πύλωι τοῦ ἱεροῦ] et [ἐν τῶι Ἐλε]υσινίωι τῶι ἐν ἄστει. Itaque rationes quaestorias quoque et Eleusine et Athenis propositas fuisse veri est simillimum. Quae cum ita sint, titulum nostrum partem esse exemplaris rationum Eleusiniarum Athenis destinati atque ab origine usque Athenis collocatum fuisse probabile est. Neque tamen titulum Athenis insculptum esse censeo. Plerasque epistatarum Eleusiniorum rationes in tabulis e marmore Pentelico perscriptas invenimus. Iam vero aliis titulis Eleusiniis edocemur epistatas locavisse λίθους ἀγαγεῖν Πεντελῆθεν Ἐλευσίναδε ad delubra aedificanda vel restituenda [7]), atque haec marmora nimirum recta via a monte Pentelico Eleusinem vehebantur. Rationes autem dearum Eleusiniarum Eleusine potissimum confici solitas fuisse facile intelligitur. Itaque epistatas ea quoque marmora, quibus rationes inscriberentur, recta a Pentelico Eleusinem transportanda atque deinde novissimi cuiusque tituli exemplar Athenas deferenda curavisse credere consentaneum est. In urbe autem Athenis ubi hae tabulae positae fuerint, in ipsa arce an in Eleusinio urbano, de cuius situ non constat, sed quod sub arce fuisse tituli demonstrant [8]), prorsus ignoramus.

---

[6]) fusius vir doctissimus de hoc tit. disseruit *Jahresh.* VI 1903, p. 10 sqq., de discrepantia, quam duo illa exemplaria exhibent, admonens. Ad hanc disputationem eos delegare velim, quibus, qua ratione Thucydides litterarum monumentis usus sit, cum Kirchhoffio cura est.

[7]) e. g. IG II suppl. p. 227 sqq., 1054*b* et *c* (quem titulum lectione aucta et emendata repetivit H. Lattermann, *Griech. Bauinschriften*, I^A et [8]) passim. Haec marmora excidenda locata fuisse intelligi potest e tit. IG. II Add. p. 522, 834*b* vs. 17: μισθωτεῖ τῆς τομῆς τῶν λίθων καὶ τῆς ἀγωγῆς κτλ. Itaque optimo iure Lattermann, *l.c.* p. 13, tit. IG II 1054 *b* vs. 2 supplevit ἐ[μίσθωσαν]. Ipsam civitatem Atheniensium, sicut argenti metallorum, ita etiam marmoris fodinarum dominium habuisse coniecit J. H. Thiel in commentario praestantissimo, quem scripsit de Xenoph. Vectigalibus (Ξενοφῶντος Πόροι, diss. Amstelodami 1922), p. 45. Equidem suspicor marmoris fodinas inter res publicas in publico usu fuisse.

[8]) e.g. IG III 5, vs. 11 et 38: τὸ Ἐλευσίνιον τὸ ὑπὸ τῇ πόλει. — Quaestionem copiosius tractare a meo argumento alienum est, sed videtur mihi v. cl. G. Fougères in tabula, quam libro praestantissimo, cui tit. *Grèce* (Guide Joanne, Paris 1911), p. 88 inseruit, Eleusinium rectissime posuisse in clivo arcis occidentali. Plura apud Wachsmuth, *Die Stadt Athen* I p. 301 sq. et *R.E.* V. 2335. Magnopere dolendum est, quod in catalogo musei epi-

Iam vero investigemus, quatenus tituli aetas definiri possit. In hac investigatione etiam fragmenti IG I suppl. p. 173, 225*h* ratio habenda est. Nam hunc titulum, si non earundem rationum alterum exemplar, quod quidem Eleusine positum fuit, exhibet, utique tamen ad eiusdem aetatis rationes dearum Eleusiniarum pertinere pro certo constat. Huius autem tituli aetatem alii aliter definiverunt: Cavaignac enim Periclis aetate scriptum esse putavit [9]), Larfeld, coll. tit. IG I 225*k*, vs. 3 supplevit: *παρὰ h[ιεροποιῶν Ἐλευσῖνι Θεοχσένο Κεφαλῆθε]ν καὶ χσυναρχ[όντον]* [10]), ita ut titulus anno 421/20 recentior esset. Sed collatis nostri fragmenti vs. 12 sqq. potius supplendum videtur: *παρὰ h[- -* (nomen proprium, nomen demi) *- --]ν καὶ χσ.* [11]). Prosopographia nil docet. Neque *Αἰσχυλίδην* [12]), qui occurrit nostri frg. vs. 14, neque *Νικόμαχον* [13]), cuius mentio fit alterius frg. vs. 5, inter homonymos qui fuerint, statuere possumus. Titulum autem nostrum circiter inter annos 435 et 420 scriptum esse litterarum formae indicant, fortasse anno 424 attribuendum esse infra ad vs. 6 docere conabor, anno 408 utique antiquiorem esse efficio e vs. 2. De hoc versu supplendo primum videamus.

Iam quaeritur, quid sibi velit magna illa summa plus duorum talentorum, cuius hic mentio fit. Non agi de summa templi reditus (*λήμματος σύμπαν κεφάλαιον*, quod fuit a. 408/7 3 tal. 5306 dr. 3½ ob.[14]) ex eo apparet, quod versibus sequentibus alii reditus variis ex fontibus percepti recensentur. Neque magis putandum est summam, quam exhibet vs. 2, ad mysteriorum reditum pertinere, cuius vs. 1 mentio facta esse videtur. Nam rationes anni 408/7 si comparaveris, quo anno fortasse mysteria duce Alcibiade nuper reverso solito maiore apparatu celebrata sunt[15]), e mysteriis magnis drachmas 4399 ob. 4, eque minoribus drachmas 46

graphici plerorumque titulorum origo brevissimis verbis „ἐξ ἀκροπόλεως" denotatur. Nam si loca originis ubique diligentius indicata essent, multae quaestiones topographicae, quae adhuc restant, iam essent solutae. Fando audivi nonnullos ante annos Athenis librum repertum esse, quo ephorus quidam antiquitatum, quo quaeque arcis loco inscriptiones inventae essent, accurate perscripserit. Rem commendo v. cl. Leonardo.

[9]) *op. cit.* p. 23. [10]) *Handbuch* II, p. 20.

[11]) item vs. 5/6 restituendum censeo: *παρὰ Νικομά[χο* nomen demi *καὶ χσυναρχόν]|τ[ον Δ?] ΔΔ κτλ.*

[12]) in titulis saec. V[i] exeuntis hoc nomen ter occurrit cf. *P.A.* 421 (mon. sep.), 422 (id.), 423 (sycophanta sub imperio XXX tyrann., cf. Lys. XII. 48). [13]) cf. *P.A.* 10933/4, 10943, 10945.

[14]) tit. a. 408/7 col. III vs. 26 (ita Sard., cuius computationes sequor).

[15]) cf. Xen. Hell. I. 4. 20, Plut. Alcib. 34. Neque vero de anno constat. Alcibiadem a. 408 revertisse putat Busolt, *Griech. Gesch.* III 2, p. 1529 sqq., not. 1, exeunte demum anno 408/7, h. e. m. Iun. 407, Beloch, *Griech. Gesch.* II[2] 2, p. 250 sqq.

templum tunc percepisse invenies[16]), et quamquam fieri potest, ut aetate, qua titulum nostrum exaratum esse arbitramur (vid. ad vs. 6), numerus mystarum maior fuerit quam a. 408/7, cum tota Attica bello flagrabat, tamen discrimen tantum fuisse haud facile credideris. Porro summa, quam habet vs. 2, proxime accedit ad summam *ἀργυρίου ἐπισήμου* anni 408/7, quae fuit 2 tal. 5223 dr. 4½ ob.[17]). Quapropter etiam vs. 2 [*ἀργυρίο ἐπισέμο*] supplendum esse conicio. Quae coniectura si recta est, titulum anno 408 antiquiorem esse iam constat. Nam hoc anno epistatae partem dearum pecuniae quaestoribus sive Minervae sive reliquorum deorum commodaverunt auro in Opisthodomo pignori accepto[18]), ita ut a. 407 non plus 1 tal. 197 dr. 1 ob. Eleusine in aerario dearum fuerit[19]).

Iam de vs. 1 supplendo disserendum est, ubi de mystis vel mysteriis agi vix dubitaveris. Quam ob rem forsitan conieceris collatis tituli a. 408/7 col. III, vs. 23 sqq. restituenda esse verba *μυσ[τέρια τὰ μεγάλα* vel *τὰ ἐν ἄστει* vel *τὰ ἐν Ἄγραισι*], sed vereor, ne versus hoc modo suppletus longior fiat. Nam singulorum versuum ambitum, ut in aliis epistatarum Eleusiniorum rationibus, ita in hisce non plus circiter tricenarum litterarum fuisse e vs. 12 sqq. efficio. Quapropter vs. 1 brevius supplendum esse censeo scribendo aut *μυσ[τέρια]*[20]) aut potius *μύσ[ται]*; secuta est summa aliqua. Mystas Eleusine parvum pretium initiationis templo solvere debuisse veri non est dissimile. Alibi certe id moris fuisse constat. Conferas e.g. legem Messeniorum de mysteriis Andaniae faciendis[21]), ubi § 11, vs. 49 sqq. duplex genus pecuniarum, quae a mystis redibant, distinguitur, alterum quidem *ἀπὸ τοῦ καθαρμοῦ*, quod omnes solvere debebant, alterum *ἀπὸ τῶν πρωτομυστῶν τὸ ὑποστατικόν*, h.e. pecunia, quae *πρωτομύσταις* solvenda erat, cum hic honor in eos conferebatur. Utrumque genus pecuniae in aerarium sacrum redibat. Alterum huius rei exemplum exhibet lex Samiorum, qui Minoae in insula Amorgo habitabant[22]), ubi vs. 11 sqq. de mysteriis sacerdoti celebrandis legun-

[16]) tit. a. 408/7 col. III vs. 23 sqq. [17]) ib. col. I vs. 7 sq.

[18]) vid. disputationem ingeniosam Sardemanni, *op. cit.* p. 30—39.

[19]) tit. a. 408/7 *B* col. II vs. 6. — Item efficimus, si modo summa, quam habet vs. 2, integra est, frg. IG I supp. p. 173, 225ᵍ, ubi occurrit summa *ἀργυρίου ἐπισήμου* plus 90 tal., aetate pacis Niciae, cui tribuit fragmentum Sardemann, *op. cit.* p. 23, antiquius esse. Equidem censeo hoc fragmentum ad rationes ante bellum Peloponnesiacum, priusquam Lacedaemonii in Atticam irruperunt agrosque populati sunt, perscriptas pertinere.

[20]) possis etiam *μυσ[τερίων]*. Collatis tamen eiusdem generis rationibus Deliacis nominativum genetivo praefero.

[21]) IG V₁, 1390 = Ziehen, *Leg. Sacr.* II. 58 = *Syll.*³ 736.

[22]) Ziehen, *l.c.* 98 = *Syll.*³ 1047.

tur haecce: *ἐπὰν δὲ τελετὴν ποιῇ ἡ ἱέρεια, ὁ πελαν[ὸς ὁ δι]δόμενος ὑπὸ τῶν τελουμένων ἰε[ρὸ]ς ἔστω· [ἔστω δὲ ὁ πε]λανὸς ἑκάστου δραχμὴ καὶ ἐγδανεισθήτω π[αραχρῆ]μα.* Non de placenta agi, sed de dono pecuniario facile intellegitur, unde recte Suidas et Photius s.v. *πελανός· ὁ τῷ μάντει διδόμενος μισθὸς ὀβολός* (nisi quod interdum etiam in aerarium haec pecunia redibat). Quem vocis usum optime explicavit Ziehen [23]), qui coniecit olim quidem mystas e suo quemque frumento pultem attulisse, sed postea pro ea, obtinente tamen rei nomine, donum pecuniarium constitutum esse. Itaque, ut Eleusinem redeam, hic quoque mystas aerario sacro pecuniam solvere debuisse, quamquam nusquam expressis verbis legimus, tamen probabiliter suspicatus est Foucart. Qui vir eruditissimus, quaerens, quinam templi reditus in rationibus anni 408/7 designetur verbis *ἐκ τῶν μυστηρίων*, animadvertit haecce [24]): „l'origine de ces recettes n'est pas indiquée. Il faut sans doute y comprendre la vente des peaux des victimes; celles des bêtes immolées aux Mystères appartenaient au temple et non à l'État. Mais elle n'aurait pas atteint un chiffre aussi élevé; force est donc de supposer des offrandes en argent ou même une taxe imposée aux mystes."

Quod ad pelles hostiarum immolatarum attinet, alibi redibant ad rem publicam [25]) vel etiam ad eum, qui civitatem regebat [26]), alibi ad templum [27]), alibi ad sacerdotes [28]); multis etiam locis pellium emolu-

[23]) *op. cit.* p. 279; monet idem not. 22 eandem vim inesse verbo *πελανός* in tit. Argivo ed. *B. C. H.* XXVII 1903, p. 271, n. 28, vs. 12 sq.

[24]) *Les Mystères d'Eleusis*, p. 276. Cf. etiam Cavaignac, *op. cit.* p. 42: „outre les rétributions au sacerdoce, les initiés avaient sans doute à acquitter certaines redevances à la divinité."

[25]) e. g. Athenis in sacris publicis. Hanc pecuniam in rationes inserebant verbis *ἐκ τοῦ δερματικοῦ* (vid. Harpocr. s.v.: *-- ἂν εἴη -- τὸ ἐκ τῶν δερματίων τῶν πιπρασκομένων περιγενόμενον ἀργύριον*), cf. IG II² 333$^{c}_{23}$, *Syll.*³ 1029, vs. 5 sqq. (ea quae leguntur vs. 66 scil. *[ἐξ Ἐλε]υσινίων παρ' ἱεροποιῶν* non ad mysteria pertinent, verum ad Eleusinia, quae a mysteriis distinguenda esse, id quod primus optimo iure statuit A. Rutgers v. d. Loeff, *De ludis Eleusiniis*, hodie iam constat; cf. Hillerum ad vs.).

[26]) quemadmodum Spartae obtingebant regibus, cf. Herod. VI. 57.

[27]) e. g. Deli, cf. IG XI 287$_{24}$ (e templi rationibus): *τοῦ βοὸς τοῦ θυθέντος τοῖς Ποσειδείοις ἡ βύρσα ἐπράθη δραχμῶν* ΓΗΗ; in lege Pergamenorum de sacris Minervae (*Syll.*³ 982) sacerdotes iubentur (vs. 19 sqq.) pellium emolumenta, certa quadam parte famulis data, in thesaurum sacrum referre; *Syll.*³ 1004 (Oropiorum in Amphiaraio) vs. 29 sq.: *τῶν δὲ θυομένων ἐν τῶι ἱερῶι πάντων τὸ δέρμα [τῶ θεῶ ἔναι]* (ita rectissime vs. suppl. B. Keil, *Anonym. Argent.* p. 304). Hinc apparet non ab omni parte rectum esse quod annotat schol. ad Arist. Plut. 1185: *νόμος ἦν τὰ ὑπολειπόμενα τῶν ἱερείων τὸν ἱερέα λαμβάνειν, δέρματα καὶ κωλᾶς* (similia schol. ad Vesp. 695).

[28]) e. g. *Leg. Sacr.* II 10 (Athenis) B_5: *[ἱερεὺ]ς λαμβανέτο καθ' ἕκ[αστον τὸ*

menta certa quadam ratione inter sacerdotes et aerarium sacrum dividebantur, atque ita, ut in sacris publicis obvenirent sacerdotibus, in privatis templo, quem morem observabant e.g. Halicarnassi (cf. *Syll.*[3] 1015, *λήψεται* — scil. femina sacerdos — *τῶν θυομένων δημοσίαι ἀφ' ἑκάστου ἱερείου κωλῆν καὶ τὰ ἐπὶ κωλῆι νεμόμενα καὶ τεταρτημορίδα σπλάγχνων καὶ τὰ δέρματα, τῶν δὲ ἰδιωτικῶν λήψεται κωλῆν κ. τ. ἐπὶ κ. ν. καὶ τ. σπλ.* [ex eo, quod pelles ex sacrificiis privatis non commemorantur, efficio eas ipsi templo obtigisse]), Mileti (cf. *l. c.* 1002, vs. 3 sqq., ubi sacerdotibus tribuuntur *τὰ δέρματα πάντα, [ὅ]σ' ἂν ἡ πόλις ἔρδ[η]ι, ἀπὸ δὲ τῶν ἰδίως* scil. *ἐρδομένων [σύμ]παντα γίνεσθαι πλ[ὴν τῶ]ν δερμάτων*), Prienes (cf. *l. c.* 1003 vs. 8 sqq. *λήψεται δὲ* — scil. sacerdos — *ὧν ἡ πόλις θύει σκέλος, γλῶσσαν, δέρμα*; sacrorum privatorum hoc titulo mentio non fit, sed pelles hostiarum in hisce immolatarum templi proprias fuisse conicias), Athenis in sacris Minervae Victoriae (*l. c.* 63[a] vs. 9 sqq. *φέρειν δὲ τὴν hιέρειαν* — scil. Min. Vict. — *πεντέκοντα δραχμὰς καὶ τὰ σκέλε καὶ τὰ δέρματα φέρειν τῶν δεμοσίον*, quae verba me quidem iudice ei recte interpretati sunt, qui arbitrantur sacerdotem in sacris privatis pelles non accepisse) [29]); conferas etiam titulum Chium *Syll.*[3] 1013,ubi attribuunt sacerdotibus, *ὅταν τὸ γένος θύῃ, γλώσσας -- καὶ τὰ δέρματα, ὅταν ἰδιώτης, γλώσσας κτλ.*, non vero pelles, qui nimirum templo obveniebant [30]). Itaque Eleusine quoque pellium certe partem non sacerdotibus, sed aerario sacro cessisse non sine veritatis specie statui posse videtur. Neque vero e pellibus venditis summam plus 4400 dr. (cf. p. 94/5) templo solutam fuisse verisimile est, immo hunc reditum multo minorem fuisse, quamquam de pellium pretio parum constat [31]), ex eo colligi posse puto,

---

hιερὸν ⋮ ⊢ ⋮ *καὶ ἀπὸ τῶν δαρ]τῶν τὰ δέρματα*, *l.c.* 24 (ib.) vs. 5: *[Ἡρώ]ινης ἱε[ρείαι ἱερε]ώσυνα*: ⊓ ⁚, *τὰ δέρματα κτλ.*, *Syll.*[3] 736 (Andaniae) vs. 86: *τῶν θυμάτων τὰ δέρματα λαμβανέτω Μνασίστρατος* (h.e. sacerdos), *l.c.* 1007 (Pergami) vs. 12 sqq.: *λαμβάνειν δὲ* (scil. Aesculapii sacerdotem) -- *σκέλος δεξιὸν καὶ τὰ δέρματα* (similia ib. 1018 vs. 4 sqq.), *l.c.* 1025 (Coi) vs. 22: *γέρη δὲ λαμβάνει* (scil. rex sacrorum) *τὸ δέρμα καὶ τὸ σκέλος.*

[29]) ita editor Kabbadias, aliter Kirchner in *Sylloge* ad titulum. Deae Victoriae sacrificia a privatis facta rarissima fuisse et hanc ob causam pelles in sacris publicis sacerdoti emolumento fuisse coniecit B. Keil, *op. cit.*, p. 314.

[30]) haec autem pellium emolumenta in sacris privatis semper templo obvenisse non dico, immo vero cf. e. g. *Leg. Sacr.* II 10*B* vs. 15 sq.: *Ἀρτέμιδος h[ιέρεια λαμβανέτο ἀπὸ τῶν δ]ημοσίον τῶν δαρτῶν δέρμ[α καὶ σκέλος καὶ* ⋮ ⊢ ⋮ *κατὰ τὸ hι]ερὸν hέκαστον, ἀπὸ δὲ τῶν [ἰδίον τῶν δαρτῶν δέρμα καὶ σ]κέλος.* Fieri etiam potest, ut hominibus privatis pelles hostiarum, quas immolaverant, sibi retinere interdum licuerit, sed vulgo eas pelles in fructum templi cessisse suspicor.

[31]) de pellium pretio perpauca comperta habemus: in tit. Attico ineuntis

quod a. 334/3 Athenis *κεφάλαιον δερματικοῦ* ex *omnibus* sacris publicis per totum annum factis fuit dr. 5099 ob. 4. [32])

Dona autem pecuniaria deis Eleusiniis oblata fuisse et fragm. IG I 225*h* et nostrum demonstrant, quas stipes [33]), etsi fortasse a. 408/7 solito maiores pluresque numero fuerunt propter pompam ab Alcibiade in pristinum splendorem restauratam [34]), tamen vulgo haud multas fuisse conicias, quippe quae nostro fragmento omnes duodecim versibus (4-16) contineri videantur.

Ceterum mystas quoque ad templi reditus aliquid contribuisse atque parvam summam, ut initiarentur, solvere debuisse etiam alia inita ratione effici posse videtur. Scimus enim quaestores dearum Eleusiniarum a. 329/8 duos servos, quibus in ea parte delubri operandum erat, quo nemini profano intrare licebat, initiandos curavisse atque pro eis triginta drachmas pependisse [35]). Iam in singula initiationis expensa inquiramus. Primum mystis merces solvenda erat sacerdotibus, cuius summam definivit lex Atheniensium de mysteriis Eleusiniis c. a. 460 lata, *Syll.*³ 42, vss. 87 sqq., 129 sqq., ubi legimus *ἱεροκήρυκα* a singulis mystis singulis diebus accepisse ½ ob., *ἱεροφάντην* a singulis mystis — singulis diebus, ut videtur, sed diserte non definitur — 1 ob., *ἱερέα τὸν ἐπὶ τῶι βωμῶι, φαιδυντὴν θεοῖν, ἱερέα παναγῆ* ½ ob. singulos, num singulis diebus dubium est. Horum in numero desideramus *δαιδοῦχον*, qui munere fere aeque insigni fungebatur atque hierophantes [36]), quare nomen eius vss. 87 supplendum esse censeo neque dubito, quin aliquid huiuscemodi scriptum fuerit: [*ἶναι*

---

saec. IV[i] pellis suilla aestimatur dr. 3 (IG II² 1356$_6$, ad quae Ziehen, *Leg. Sacr.* II p. 81); in tit. Deliaco c.a. 250 pellis bovis (*βύρσα βοός*) venit dr. 8 (IG XI 287$_{24}$), in tit. Eleusinio a. 329/8 *διφθέραι* (quibus servi utebantur) 4 dr. 3 ob. (*Syll.*² 587$_{104}$).

[32]) *Syll.*³ 1029, vss. 26 sqq. [33]) in nostro decreto una stips 26 drachm. adhuc legitur, in tit. IG I 225*h* vs. 6 stips 30 drachm. perscripta fuisse videtur (cf. not. 11).

[34]) cf. Foucart, *op. cit.* p. 276, ubi post verba supra laudata ita pergit: „il est encore possible de tenir compte des événements de cette année. Alcibiade, rappelé de l'exil, avait rétabli dans tout son éclat la procession d'Éleusis qu'avait interrompue l'occupation de Décélie par les Spartiates; et ce succès provoqua peut-être des munificences extraordinaires de l'État et des particuliers." Sed de anno, quo Alcibiades redierit, non constare iam supra (not. 15) monui. [35]) *Syll.*² 587$_{207}$. — IG II Add. p. 531, 834c, vs. 24, ubi legimus: [*τ*]*ῶν δημοσίων ἐμνήσαμεν πέντε ἄνδρας τοὺς ἐν τῶι ἱερῶι ἀνακαθαίροντας, ἀνηλώσαμε*[*ν - -*] male accidit, quod ipsa summa periit.

[36]) inter sacerdotes Eleusinios secundum locum obtinuisse videtur; cf. Foucart, *op. cit.* p. 191, sqq., Mommsen, *Feste d. Stadt Athen*, p. 259, not. 3.

δαιδόχοι ὀ]βολ[ὸν παρὰ τῶ μύστο ἑκάστ]ο, unde eum quoque obolum accepisse efficias. Ipsa mysteria per tres dies celebrata esse videntur (20-22 mens. Boedrom.). Itaque mystis — si modo mercedes supra allatae omnes quotidie solvendae erant, id quod minime constat — parte priore saeculi V[i] ad summum circiter 3 × 4 = 12 obolos sacerdotibus solvendos fuisse colligimus, neque habemus, cur sumamus aetate posteriore sacerdotum mercedem auctam esse imminutamve. Quae cum ita sint, quaestores pro servis illis maxime circiter 24 ob. sacerdotibus solvisse credere consentaneum esset, si constaret eos quoque per tres dies mysteriis interfuisse; sed hoc ipsum non magis constat quam eos feriarum solemni tempore initiatos fuisse. Sed iam in alium scopulum offendimus. Mystis, priusquam initiarentur, lustrationis causa porcum [37]) immolandum fuisse notum est. Legimus e.g. apud Arist. Pacis vs. 374 sq.: εἰς χοιρίδιόν μοι νῦν δάνεισον τρεῖς δραχμάς· δεῖ γὰρ μυηθῆναί με πρὶν τεθνηκέναι, ad quae verba adnotat schol.: ὅτι τοῖς μυουμένοις ἐστὶν ἔθος χοιρίδιον θύειν [38]). Conferas etiam Ach. 747 sqq., ubi Megarensis simulat se χοίρους μυστικάς in forum deferre venales, tum Epich. frg. 100 Kaib.: δέλφακά τε τῶν γειτόνων τοῖς Ἐλευσινίοις φυλάσσων δαιμονίως ἀπώλεσα. Denique delego ad venustissimum illud signum, quo iuvenis initiandus, ὁ ἀφ' ἑστίας, qui dicebatur, repraesentatur, porculum manibus tenens [39]); atque huic fere similis imago superest in vasculo quodam funerario ex marmore albo [40]). Porci autem circiter 3-5 dr. venire solebant [41]),

[37]) de more porcos in lustrationibus immolandi cf. Stengel, *Kultusaltertümer*[2], p. 145, Schoemann—Lipsius, *Griech. Altert.* II[4], p. 370. Saepe in titulis leguntur χοῖροι καθῆραι τὸ ἱερόν, cf. *Syll.*[2] 587[126] et not. 41.

[38]) cf. etiam schol. ad Ach. 764: διὰ τὸ ἐν τοῖς μυστηρίοις τῆς Δήμητρος χοίρους θύεσθαι; similia schol. ad Ach. 747: ὅτι ἐν τοῖς μυστ. τ. Δήμ. χοῖρος θύεται, nec non ad Ran. 338: θύουσι γὰρ ἐν τοῖς μυστηρίοις τοῦ Διονύσου καὶ τῆς Δήμητρος τὸν χοῖρον, διότι λυμαντικός ἐστιν ἀμφοτέρων.

[39]) *J.H.S.* XXIX 1909, p. 1 sqq. cum tab. 1.

[40]) *Bull. d. Comm. arch. com.* VII 1879, p. 5 sqq. cum tab. V, fig. 9 = Stengel, *op. cit.* tab. IV, fig. 3.

[41]) porci pretium non semper idem fuisse facile intelligitur, sed eius pretii discrimina non tanta sunt, quin medium pretium circ. 3-5 dr. fuisse statuamus. Testimonia habemus haec: Arist. Pax 374: dr. 3 (a. 421), IG II[2] 1358 col. I 55, col. II 4: dr. 3 (inter annos 400-350), tituli Deliaci saec. III[i], ubi legimus: IG XI 145[9] χοῖρος καθάρασθαι Γ (c.a. 300), ib. 146 (c.a. 300) A vs. 77 sq. χοῖρος τὸ ἱερὸν καθήρασθαι ΓΗΗ (summa ter repetita legitur), ib. 153 (inter a. 297-279) vs. 11: ἐνεθύσαμεν τῆι Ἀρτέμιδι χοῖρον ΓΗΗΗ; ib. 159 (a. 281) χοῖρος constat 2 dr. 4 ob. vel 3 dr. 4 ob. (A[9] sq.), ib. 163 (a. 276) χοῖρος τὸ ἱερὸν καθ. aestimatur 4 dr. (A[61]), ib. 203 A (a. 269) 2 dr. 4½ ob. (vs. 34) vel 3 dr. (36, 47) vel 3 dr. 1 ob. (52) vel 3 dr. 3 ob. (41/2, 44/5) vel 4 dr. (50, 54/5), ib. 287 (c.a. 250) 1 dr. 3 ob. — 2 dr. 2 ob. (A[41-69]).

sed nescio quo pacto anno, quo servi illi initiati sunt, pretium multo maius fuisse videtur. Etenim, quamquam casu fortuito versus huc pertinentes mutilati sunt, tamen eis, quae leguntur *Syll.*² 587, vs. 120 *χοίρου τιμὴ* .[3]. et vs. 126 sqq. *χοῖροι δύο - - - παρὰ Παταίκου Ἐλευσινίο*|[*ν* ...[6]...] Δ . ⊦⊦ inter sese comparatis vix dubito, quin illic [: Δ Δ ⊦], hic [*τιμὴ*: Δ Δ] Δ [Δ] ⊦⊦ restituendum sit [42]). Quam restitutionem ne propter pretium porci singulare reicias, moneo eodem titulo etiam boum ovium caprarum pretia insueta esse; nam boves quadringenis [43]), oves capraeve trecenis [44]) drachmis aestimantur. Haec pretiorum enormitas utrum tribuenda sit pestilentiae, qua ea aetate pecus in Attica vexatum fuerit, an de eximiis solitoque pretiosioribus pecudibus hic cogitandum sit, non facile expedias. Itaque, ut ad servos illos redeamus, quantum pecuniae quaestores pro illorum hostiis — nam *singulis* mystis singulae hostiae erant immolandae [45]) — erogaverint, quamquam pro servulis viliores sane porculos mactatos esse facile credimus, pro certo statuere omnino non possumus. Sed haec hactenus. Nam de singulis initiationis

---

[42]) rem hoc modo enucleavi. Vs. 128 utique vox *τιμή* ante pretium inserenda est atque vs. 120 per spatium trium litterarum dimidium legi oportet pretii, quod exhibuit vs. 128. Itaque vs. 128 aliquem parem numerum exaratum fuisse atque signum, quod in fine numeri exstat, omnino non obolum designare sed drachmam — | exhibet apographum IG II 834*b*, ⊦ rectius *Sylloge*; moneo multas huius tituli litteras admodum attritas esse —, item post Δ vs. 128 non ⊦ neque Γ, sed alterum Δ supplendum esse veri est simillimum. Iam quaeritur, quidnam scriptum fuerit ante illud Δ. Si Γ suppleverimus, multo maior existet numerus, quam qui pro duobus porcis huc faciat. Ergo nil restat, nisi ut Δ Δ restituamus. Hac ratione iam habemus vs. 128 summam Δ Δ Δ Δ ⊦⊦, cuius dimidium Δ Δ ⊦ optime quadrat cum lacuna vs. 120.

[43]) *Syll.*² 587$_{290}$. Hoc pretium solito multo esse maius nonnulli tituli ex saec. V° exeunte et saec. IV° documento sint; nam a. 410 hecatomba constat dr. 5114 (IG I 188$_7$), inter a. 400—350 bos venit dr. 100 (*Syll.*³ 1055, vs. 71 sqq.) vel dr. 90 (IG II² 1358, col. II vs. 9, 20, 35, 43, 55; vs. 8, ubi pretium plus 150 dr. legitur, vitio laborare videtur), inter a. 377—73 boves 109 emuntur dr. 8419 (*Syll.*³ 153$_{36}$), a. 335 pro hecatomba, ut videtur, 41 minae solvuntur (IG II² 334$_{23}$). Ceterum tituli, qui hecatombae pretium habent, ad singulorum boum pretium legitimum definiendum parum prosunt, quoniam hecatombae nonnumquam, opinor plerumque, iusto numero inferiores erant, cuius rei luculentissimum exemplum exhibet lex Milesia *Syll.*³ 57 vs. 18 sq.: *ὅταν στεφανηφόροι ἴωσιν ἐς Δίδυμα, ἡ πόλις διδοῖ ἑκατόνβην τρία ἱερῆια τέλεια.* [44]) ib. vs. 289. In titulo Eleusinio aliquot annis recentiore IG II Add. 834^c, vs. 62 ovis aestimatur 12 dr., aries 17 dr., in tit. Attico parti priori saec. IV^i tribuendo IG II² 1358 (passim) ovis aries capra 12 dr. singuli. [45]) cf. schol. ad Arist. Ach. 747: *ἕκαστος δὲ τῶν μυουμένων ὑπὲρ ἑαυτοῦ ἔθυεν* (scil. *χοῖρον*). Possis tamen conicere quaestores pro duobus illis servis praeter morem unam hostiam immolasse.

expensis hac ratione quicquam ut pro certo efficerem, mihi quidem non contigit; sagacioribus fore, ut contingat, quia spero, rem attigi.

Vs. 3: agi videtur de emolumentis e certis quibusdam hostiarum partibus perceptis. Hostiarum enim partes, quales γλῶττα, δέρμα, ὀσφύς, σκέλος κτλ. [46]), partim templo, partim sacerdotibus obvenire solebant [47]). At de qua hostiae parte hic cogitandum videtur? Coniecturam feci ex eis, quae legimus in decreto Sinopensium de Neptuni sacerdotio *Syll.*[3] 1017, vs. 5 sqq.: λήψ[εται (scil. sacerdos) τῶμ μὲν] δημοσίαι θυομένων δι[ξιὸν σκέλος], πρότμησιγ, γλῶσσαν, τῶν δὲ [ἰδιωτικῶν] πρότμησιν κτλ. Quid sit πρότμησις, nos docet Pollux II 179: τὴν δὲ ὀσφὺν (coxam) καὶ πρότμησιν ἐκάλουν [48]). Hanc hostiae partem etiam πρότμημα appellatam atque Eleusine templi propriam fuisse dubitanter conieci.

Vs. 4/5: ne suppleveris verba παρὰ *h*[ιεροποιῶν Ἐλευσῖνι τοῦ δεῖνος *Δ*]λοπεκῆθεν κ[αὶ χσυναρχόντων], moneo ultimam litteram vs. 5 utique *Δ* fuisse.

Vs. 6: ad decumam pecuniarum pro captivis dimissis acceptarum deis Eleusiniis consecratam haec pertinere suspicor. Graecos bello prospere gesto quandam praedae partem (ἀκροθίνιον, ἀπαρχήν, δεκάτην) deis consecrare solitos fuisse nemo nescit. Praesertim Delphis et Olympiae multa donaria et monumenta de manubiis posita erant, ex quibus inter alia tripus ille aureus adhuc exstat de manubiis Medicis Delphis consecratus, cuius in fultura media e tribus serpentibus aeneis composita nomina earum civitatum scripta sunt, quae a. 479 Persas ad Plataeas profligaverunt [49]). In praeda nempe erant captivi, quos victoribus aut necare [50]) aut vendere aut sibi retinere ius erat. Vulgo tamen captivi pacto pretio (ἄποινα, λύτρον) a suis redimebantur; nonnumquam permutabantur [51]) vel etiam sine pretio emittebantur [52]). Pecuniae,

[46]) cf. *Syll.*[3] 1002 sqq. [47]) de pellibus cf. p. 96 sq., de reliquis sacerdotum muneribus Stengel, *Kultusaltert.* p. 37 sqq., Ziehen, *R.E.* VIII 1423 sq. Eleusine praeter sacerdotes etiam homines privatos de templo bene meritos certas quasdam partes hostiarum accepisse docet decretum Eumolpidarum IG II[2] 1231, vs. 9 sqq.: νέμειν δὲ αὐτῶι καὶ [με]ρίδος (scil. carnis) ἐγ [μ]υστηρίων τῶν μεγάλ[ω]ν καὶ τῶν πρὸς Ἄγραν ὅσημπερ [Ε]ὐμολπιδῶν ἑκάστωι.

[48]) hunc vocis usum vituperat lexicographus Etym. Magn. p. 691: ἔνιοι δὲ κακῶς πρότμησιν τὴν ὀσφὺν ἀποδεδώκασι.

[49]) *Syll.*[3] 31. De aliis monumentis Delphis de manubiis positis vid. *Syll.*[3] 8, 14, 21, 29 32, 40, 48, 49, 78*b*, 79, 81, 140, de donariis Olympiae positis vid. *Syll.*[3] 35*b*, 61, 80, *Inschr. v. Ol.* 247, 250, 253, cf. Paus V. 10. 4, 23. 3, 23.7.

[50]) aetate belli Peloponnesiaci captivos saepius crudeliter trucidaverunt; praeter Mytilenaeorum exemplum notissimum vid. Thucyd. I. 30. 1, II 67.4, III. 32.1, IV. 57.4, etc.

[51] cf. e. g. Thucyd. II. 103.1, V. 3. 4. [52]) cf. *Syll.*[3] 588 vs. 65 sqq.

quibus captivi redempti erant, Athenis certe in publicum redibant [53]). Ex hac ipsa pecunia pro Chalcidensibus et Boeotis e vinculis emissis accepta Athenienses c. a. 508 [54]) quadrigam aeneam deae Minervae consecraverunt [55]), cuius in basi carmen dedicatorium inscriptum est in hunc versum exiens: *τῶν ἵππους δεκάτην Παλλάδι τάσδ' ἔθεσαν*. Hanc pecuniam fuisse *τῶν λύτρων τὴν δεκάτην* tradit Herodotus [56]), unde alia quoque dona, quibus *οἱ δεῖνες δεκάτην (ἀπὸ) τῶν δείνων* inscriptum est, de pretio pro captivis dimissis accepto posita fuisse suspicari licet. Quantum fuerit pretium redemptionis, haud pauci loci nos docent [57]). Ut nonnulla afferam, Herodotus tradit apud Peloponnesios in usu fuisse captivos alternos binis minis redimere [58]) eandemque summam Athenienses pro Boeotis et Chalcidensibus e vinculis emissis accepisse [59]), Demosthenes [60]) auctor est aetate Philippi nonnullos captivos alios ternis, alios quinis minis se ipsos redemisse [61]). Prae ceteris autem omnibus laudandus est locus Aristotelis quo *τὸ μνᾶς λυτροῦσθαι* tamquam exemplum *τοῦ νομικοῦ*, quod vocat, *δικαίου* affert [62]), ad quae commentator [63]): *τὸ μνᾶς λυτροῦσθαι. Τοῦτο γὰρ Ἀθηναῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι ἐν τῷ πρὸς ἀλλήλους συνέθεντο πολέμῳ, τὸ μνᾶς λυτροῦσθαι τοὺς αἰχμαλώτους. Μνημονεύει τῆς συνθήκης ταύτης Ἀνδροτίων· „Εὐκτήμων*

---

[53]) Spartae contra ea magistratus cum imperio (*ὁ ἡγεμών*), prout visum erat de captivis consulebat, cf. M. Kahrstedt, *Griech. Staatsrecht* p. 191 sq.

[54]) haec ad annum 508 rettulit Beloch, *Griech. Gesch.* I² 1, p. 400 sq., ad a. 506 Busolt, *Griech. Gesch.* II p. 442 sq.

[55]) hoc monumentum Athenienses medio saec. V° renovaverunt, postquam id, quod dedicaverant, a. 480 a Persis destructum est, cf. IG I 334 et suppl. p. 78, 334*a*, quorum titulorum alter alterius carminis exemplaris particulam exhibet.

[56]) V. 77: *καὶ τῶν λύτρων τὴν δεκάτην ἀνέθηκαν, ποιησάμενοι τέθριππον.*

[57]) cf. Boeckh, *Staatshaush.* I³ p. 89 sq., Schoemann-Lipsius, *Griech. Altert.* II⁴ p. 10 sqq., Martin, *Dict. d. Antiq.* III 2, p. 1451 sqq. Pretium plerumque reddebant aut propinqui aut unus e civibus divitioribus; de horum honoribus cf. e. g. *Syll.*³ 193₁₅, 520.

[58]) VI. 79: *ἄποινα δέ ἐστι Πελοποννησίοισι δύο μνέαι τεταγμέναι κατ' ἄνδρα αἰχμάλωτον ἐκτίνειν.*

[59]) V. 77: *ἔλυσάν σφεας δίμνεως ἀποτιμησάμενοι.*

[60]) XIX. 169: *ἔνιοι τῶν ἁλωκότων -- ἑαυτοὺς ἔφασαν βούλεσθαι λύσασθαι -- καὶ ἐδανείζοντο ὁ μὲν τρεῖς μνᾶς, ὁ δὲ πέντε, ὁ δὲ ὅπως συνέβαινεν ἑκάστῳ τὰ λύτρα.*

[61]) huc non faciunt qualia legimus in epistula regis Philippi ap. [Dem.] XII. 3: *Ἀμφίλοχον -- συλλαβὼν -- ἀπελύτρωσε ταλάντων ἐννέα*, neque magis quod affirmat Aesch. II 100: *ἐπορεύετο δὲ λυσόμενος τοὺς αἰχμαλώτους, -- τάλαντον φέρων, ἑνὸς ἀνδρός, οὐδὲ τούτου λίαν εὐπόρου, ἱκανὰ λύτρα.* Nam primariorum in sua civitate virorum redimendorum pretium identidem multo maius fuisse quam gregariorum non est, quod moneam.

[62]) Eth. Nic. V 10, p. 1134*b*, 20 sqq. — Idem pretium redemptionis a. 387 pro Rheginis, quos ceperat, flagitavit rex Dionysius, cf. Diod. XIV. 111. 4.

[63]) comment. in Aristot. Graeca vol. XX (ed. G. Heylbut), p. 232.

Κυδαθήναιος [64]). *Ἐπὶ τούτου πρέσβεις ἦλθον ἀπὸ Λακεδαίμονος Ἀθήναζε Μέγιλλος καὶ Φιλοχαρίδας*", *καὶ ἐπάγει „τῶν δὲ περιγενομένων ἀπέδοσαν μνᾶν ὑπὲρ ἑκάστου λάβοντες." Προειπὼν γὰρ ἦν ὅτι τοῦτο συνέθεντο ἐπὶ τῶν ἁλισκομένων.* Titulum autem nostrum aetate belli Peloponnesiaci scriptum esse litteraturae evincit ratio. Unde efficias summa, cuius decima pars ducentae decem drachmae fuerint, si modo ad Lacedaemonios spectat, unum et viginti captivos redemptos esse; si ad alios spectat, tamen numerum captivorum multo maiorem minoremve fuisse veri non est simile. Quemnam autem ad annum haec referenda esse videntur? De pace Niciae cogitandum esse vix credo. Nam conferas velim tabulas pacis, ubi de captivis e vinculis emittendis ita constitutum est: *καὶ τοὺς ἄνδρας, ὅσοι εἰσὶ Λακεδαιμονίων ἐν τῷ δημοσίῳ τῷ Ἀθηναίων ἢ ἄλλοθί που ὅσης Ἀθηναῖοι ἄρχουσιν ἐν δημοσίῳ, καὶ τοὺς ἐν Σκιώνῃ πολιορκουμένους Πελοποννησίων (Ἀθηναίους) ἀφεῖναι, καὶ τοὺς ἄλλους, ὅσοι Λακεδαιμονίων ξύμμαχοι ἐν Σκιώνῃ εἰσὶ καὶ ὅσους Βρασίδας ἐσέπεμψε, καὶ εἴ τις τῶν ξυμμάχων τῶν Λακεδαιμονίων ἐν Ἀθήναις ἐστὶν ἐν τῷ δημοσίῳ, ἢ ἄλλοθί που ὅσης Ἀθηναῖοι ἄρχουσιν ἐν δημοσίῳ* [65]). Unde colligimus Athenienses Lacedaemonios eorumque socios sine pretio e vinculis emisisse [66]). De reliquis captivis quid pepigerint, docet Thucydides, qui V. 3. 4, postquam narravit Athenienses oppidum Toronen expugnavisse, ita pergit: *καὶ τῶν Τορωναίων γυναῖκας μὲν καὶ παῖδας ἠνδραπόδισαν, αὐτοὺς δὲ καὶ Πελοποννησίους καὶ εἴ τις ἄλλος Χαλκιδέων ἦν, ξύμπαντας ἐς ἑπτακοσίους, ἀπέπεμψαν ἐς τὰς Ἀθήνας· καὶ αὐτοῖς τὸ μέν Πελοποννήσιον ὕστερον ἐν ταῖς γενομέναις σπονδαῖς* (h. e. e legibus pacis Niciae) *ἀπῆλθε, τὸ δὲ ἄλλο ἐκομίσθη ὑπ' Ὀλυνθίων, ἀνὴρ ἀντ' ἀνδρὸς λυθείς.* Itaque aliis quoque ex proeliis captivos simili ratione atque Chalcidenses illos permutatos esse opinari in promptu est [67]). Hoc unum

---

[64]) libri *Κυρηναῖος*, corr. Usener, *N. Jahrb. f. Phil.* XXXIX 1871, p. 311; denotari videtur archon a. 408/7, cf. *P.A.* 5799.

[65]) Thucyd. V. 18.7 = v. Scala, *Staatsvertr.* n. 83, vs. 38 sqq.

[66]) haec opinio eo confirmatur, quod neque Diod. XII. 74.5: *ἔδοξαν οἱ Ἀθηναῖοι τοῖς Λακεδαιμονίοις συνθέσθαι σπονδὰς πεντηκονταετεῖς ἐπὶ τοῖσδε· τοὺς μὲν αἰχμαλώτους παρ' ἀμφοτέροις ἀπολυθῆναι*, neque Plut. Nic. 10: *γενομένων δὲ συνθηκῶν, ὅπως -- τοὺς αἰχμαλώτους ἀποδιδῶσι*, ullius pretii redemptionis mentionem faciunt.

[67]) cf. etiam quae tradidit Thucyd. II. 103.1. Athenienses enim a. 429 in sinu Crisaeo victoria reportata Athenas reverterunt „*τούς τε ἐλευθέρους τῶν αἰχμαλώτων ἐκ τῶν ναυμαχιῶν ἄγοντες, οἳ ἀνὴρ ἀντ' ἀνδρὸς ἐλύθησαν.*" Non satis liquet, utrum captivi illi paulo post permutati sint, an demum e legibus pacis Niciae, sed eos per octo annos Athenis in carcere retentos fuisse non est probabile. Ceterum de his manubiis ab Atheniensibus donarium positum fuisse videtur Dodonae, cf. *Syll.*[3] 73.

quaeritur, num Athenienses, si forte plures captivos tunc temporis habuerunt quam ex ipsis capti erant, supervacuos illos quoque sine pretio emiserint. Hac de re nihil comperimus, sed Athenienses pro eis pretium redemptionis accepisse probabile est. Comparare possumus quae de bellis Punicis tradidit Livius XXII. 23. 6: „in permutandis captivis, quod sic primo Punico bello factum erat, convenerat inter duces Romanum Poenumque, ut, quae pars plures reciperet quam daret, argenti pondo bina et selibras in militem praestaret." Attamen summa 21 minarum minor esse videtur, quam ut eam pro numero captivorum, quo Athenienses in pace Niciae pangenda superiores fuisse suspicari licet, receptam esse credamus. Deinde, harum pecuniarum, si quas acceperunt, decumam cur deis Eleusiniis potissimum consecraverint, prorsus non video. Denique indicia non desunt, quibus ad alias res gestas haec pertinere videri possint, ad eas nempe, de quibus agit Thucydides IV. 66 sqq. [68]). Aestate enim anni 424 Megarenses quos eiecerant nobiles in patriam restituere cupiebant. Quod cum animadvertissent populares, cum Atheniensibus de urbe tradenda egerunt. Athenienses autem Megara profecti et muris longis inter urbem eiusque portum Nisaeam potiti ipsam urbem intrare parabant, cum unus e consciis adversariis insidias indicavit, qui concursu facto portas occupaverunt. Atheniensium vero duces postquam intellexerunt se urbem subito opprimere non posse, protinus Nisaeam circumvallare coeperunt, quo praesidium Peloponnesiacum fuga se receperat. Quod praesidium postero die cum Atheniensibus pactionem iniit his conditionibus, ut Lacedaemonii se in Atheniensium fidem atque potestatem permitterent, reliqui captivi certam summam redemptionis si persolvissent, dimitterentur [69]). Duabus de causis ad huius summae decumam tituli nostri versum 6um pertinere puto. Primum summa 2100 drachmarum apta videtur, quam pro eius praesidii parte dimissa, quam neque magnam fuisse neque magnam pecuniam habuisse conicias, Athenienses acceperint. Deinde anno 424 Peloponnesii in Atticam non irruperunt, quia Athenienses Lacedaemonios, quos proxima aestate Sphacteriae captos Athenis in vinculis habebant, ubi primum hostes in Atticam invasissent, se trucidaturos minati erant [70]). Itaque Athenienses anno 424 agris non vastatis primi-

[68]) easdem res gestas breviter tractavit Diod. XII. 66.

[69]) Thucyd. IV. 69. 3: *ξυνέβησαν τοῖς Ἀθηναίοις ῥητοῦ μὲν ἕκαστον ἀργυρίου ἀπολυθῆναι.*

[70]) cf. Thucyd. IV. 41. 1: *κομισθέντων δὲ τῶν ἀνδρῶν οἱ Ἀθηναῖοι ἐβούλευσαν δεσμοῖς μὲν αὐτοὺς φυλάσσειν μέχρι οὗ τι ξυμβῶσιν, ἢν δ' οἱ Πελοποννήσιοι πρὸ τούτου ἐς τὴν γῆν ἐσβάλλωσιν, ἐξαγαγόντες ἀποκτεῖναι.*

tias victoriae brevi ante mysteria [71]) atque prope ab Eleusine reportatae deis Eleusiniis consecrasse suspicor.

Vs. 7 sqq.: verba χρέος et τόκος de pecuniis dearum foenori datis agi demonstrant. Templa Graeca argentariarum vice functa esse satis superque notum est; quod ad templum Eleusinium attinet, provoco ad tit. a. 408/7, ubi pecuniae dearum Eleusiniarum quaestoribus sive Minervae sive reliquorum deorum mutuae datae mentio fit [72]). Dabant autem Graeci pecuniam foenori aut menstruo aut annuo [73]). Itaque eos distinxisse τόκον ἐπιμήνιον, [74]) 'foenus menstruum' atque τόκον ἔτειον [75]) 'foenus annuum', et χρέος ἐπιμήνιον, quod singulis mensibus, atque ἔτειον, quod singulis annis renuntiare possent, credere consentaneum est, quamquam nullum huius usus loquendi exemplum afferre possum.

Vs. 7: dubitanter propono [παρὰ τοῦ δεῖνος ὑπὲ]ρ ἐτείον χρ[εῶν]; quae restitutio si placet, in fine huius versus inque fine vs. 9 similia suppleveris. De usu praepositionis cf. IG XI. 162, vs. 22 sq.: οἵδε τόκους τεθήκασιν -- ὁ δεῖνα ὑπὲρ τῶν χωρίων ἐμ Πασσίρωι κτλ., vs. 25 sq. ὁ δεῖνα ὑπὲρ τοῦ οἰκήματος, etc.

Vs. 10/11: quoniam in quaestorum rationibus genus pecuniae casu genetivo significari solet, suppleri potest νομίσματος aut παλαιῶ aut ἀττικῶ (vel *Αἰγιναίο* etc.) aut *ἡμεδαπῶ* (vel παντοδαπῶ, χσενικῶ) aut aliquid simile.

Vs. 12: hic non iam de usuris agi manifestum est, nam quid alioqui sibi vellent τόκοι νοτες δι --? Ergo alia ratione verba inter se distinguenda sunt atque legendum: [παρὰ τῶ] κοινῶ τες *Δι* --; vix dubitabis, quin τες *Δι*[όνες] supplendum sit. Quae restitutio si recta est, apparet iam saec. V° exeunte sodalitates ad aliquam religionem pertinentes exstitisse atque Polandum, *Geschichte d. griech. Vereinswesen* p. 514, postquam varia societatum Graecarum genera diligenter investigavit, minus recte sic rationem conclusisse: „aber auch hier (scil. Athenis) will es nicht gelingen, einen freien Verein vor dem 4. Jahrh. v. Chr. nachzuweisen, ja es ist nicht einmal sehr wahrscheinlich, dasz es lange vorher charakteristisch ausgebiltete lebensfähige Kollegien selbständiger Art gegeben hat." Quamquam fueritne sodalitas illa

[71]) res ad Nisaeam gestae sunt aestate, mysteria celebrare incipiebant ineunte mense Octobri.

[72]) *A* col. III vs. 51 sqq. = *B* col. I vs. 13 sqq.

[73]) cf. Boeckh, *Staatshaush.* I³ p. 156 sqq.; de usurae modo vid. etiam J. Beloch *Handwörterbuch d. Staatswiss.* VIII, 1017 sqq.

[74]) cf. *Syll.*³ 578₅₄ ὁ λόγος ὁ ἐπιμήνιος (ratio, quam magistratus Tei singulis mensibus reddebant), Plut. T. Flam. 5 ὁ ἐπιμήνιος οἶτος (id quod vulgo τὰ ἐπιμήνια).

[75]) cf. Eur. Rhes. 435 δασμὸς ἔτειος, Dion. Cass. 54. 30 φόρος ἔτειος.

Diones 'charakteristisch ausgebildet' et 'lebensfähig', ne ego quidem pro certo affirmaverim. Ceterum eiusmodi sodalitates non nisi raro ipso dei, quem colebant, nomine denotantur — plerumque adhibetur denominativum in *-ισταί* —, sed conferri iubemus *τὸ κοινὸν τοῦ Ἀνθισ[τῆ]ρος τοῦ πυθοχρήστου* (Therae: IG XII 3, 329), *τὸ κ. τῶν Διοσκόρων* (Serdicae: *Arch. Ep. Mitt. Oester.* XVIII 1894, p. 112, n. 19) [76]). Denique nostra sodalitas ubi domicilium habuerit, non satis liquet. Dionen Eleusine cultam fuisse dubitanter statuit Escher [77]), provocans ad titulum Eleusinium *Ἐφ. Ἀρχ.* 1896, p. 52, n. 52: *ἐπὶ ἱερ[είας] Διώνης*. Sed fugit eum Eleusine saepe annum denominatum fuisse a Cereris femina sacerdote [78]), nomen igitur Diones hic non deae nomen esse, verum sacerdotis nomen proprium [79]). Idem nomen legitur in alio titulo Eleusinio: *Διώνη Προσῆθεν Πασικράτους ἄλοχ[ος εὐχὴ]ν Κου[ροτρόφῳ]* [80]), nec non in titulo sepulcrali inedito, quem Athenis in museo epigraphico (inv. n. 12249) exscripsi: ***Διώνη*** | ***Τηλίου***, | ***Νικήτου*** | ***γυνή*** (litt. saec. I^{p}). Itaque, cum de Eleusine non constet, iam potius cogito de sodalitate Diones, quae exstiterit Athenis, ubi hanc deam cultam esse tituli demonstrant [81]). Ceterum operae pretium est resciscere, cur tandem sodalitas Diones colendae causa instituta deis Eleusiniis stipem dederit. Equidem necessitudinem, quae Dionae cum Baccho intercedebat, in causa fuisse suspicor. Efficimus enim e versibus Euripideis frg. 177 N.: *ὦ παῖ Διώνης, ὡς ἔφυς μέγας θεός, Διόνυσε κτλ.*, Dionen — cuius cultum parum cognitum habemus — hic illic matrem habitam esse Bacchi. Depingitur Dione una cum Baccho in nonnullis vasis [82]), itemque cum Baccho eam coniungit Hesychius s. v. *Βάκχου Διώνης· οἱ μὲν βακχευτρίας Σεμέλης, οἱ δὲ Βάκχου τοῦ Διονύσου καὶ Ἀφροδίτης τῆς Διώνης* [83]). De partibus autem Bacchi in mysteriis Eleusiniis doctissime disseruit Foucart, qui collatis versibus Pindari Isthm. VII. 3 sqq.:

---

[76]) conferri etiam possunt *ἔρανοι* Delphici, e. g. *ὁ ἔρανος ὁ Βακχίου* (*S.G.D.I.* 1754), *ὁ ἔρ. ὁ Βρομίου* (ib. 1804), *ὁ ἔρ. ὁ Ἀρχελάου* (ib. 1772, 1909); tum comparentur *ὁ θίασος τῆς Ἀρτέμιδος* (Lebas, *Asie Min.* 2725), *τὸ κοινὸν τοῦ θιάσου τῶν πατρίων θεῶν* (IG XII 3, 178$_3$ Astypalaeae), *ὁ θ. ὁ Φαιν(ε)μάχου* (IG IV. 44 Aeginae), *ἡ σύνοδος τοῦ Διὸς τοῦ Ξενίου* (IG II^2 1012$_{15}$ Piraei), etc.

[77]) *R.E.* V. 879. [78]) cf. Foucart, *op. cit.* p. 217.

[79]) de huiusmodi nominibus cf. Bechtel, *H. P.* p. 564 sqq.

[80]) *Ἐφ. Ἀρχ.* 1896, 55, n. 62.

[81]) e. g. IG I 324$_{a_7\ c_{I_{36}.\ 65}}$ (*ὁ βωμὸς τῆς Διώνης*), IG II suppl. 1550$_c$, III 333 (in sella sacerdotis Diones in theatro Bacchi).

[82]) *C. I. G.* III 8381, 8367$_b$, 8413$_b$.

[83]) item Bekker, Anecd. I p. 225: *Βάκχου Διώνη* (leg. *Διώνης*)· *οἱ μὲν βακχεύτριαν* (leg. *βακχευτρίας*) *Σεμέλης, οἱ δὲ Διονύσου καὶ Ἀφροδίτης.*

ἦρα χαλκοκρότον πάρεδρον Δαμάτερος ἀνίκ' εὐρυχαίταν ἄντειλας Διόννσον, ad quae scholiasta: πάρεδρον δὲ Δήμητρος εἶπεν τὸν Διόννσον κατὰ μὲν τὸν μυστικὸν λόγον, ὅτι παρεδρεύει αὐτῇ ὁ ἐκ Περσεφόνης γεγονὼς Ζαγρεὺς Διόνυσος, iam ineunte saeculo V° Bacchum cum deis Eleusiniis coniunctum fuisse statuit [84]).

Vs. 16 sq.: inde ab hoc versu incipiunt templi expensa, quae in rationibus Eleusiniis acceptis postponi solebant.

Vs. 17: de iusto praecone, qui stato munere fungeretur, agi partic. praes. suspicionem movet. Ceterum utrum denotetur hieroceryx, qui saepe κῆρυξ appellabatur [85]), an famulus aliquis, non liquet.

[84]) *op. cit.* p. 452, cf. p. 106 sqq., 299, 445 sqq., cf. Farnell, *Cults* V, p. 245 sqq. Vid. etiam quae ad Paeana Delphicum commentatus est G. Vollgraff, *B. C. H.* XLVIII 1924, p. 116 sqq., nec non quae nuper disseruit G. A. S. Snijder, *Rev. Arch.* XVIII 1924, p. 6 sqq.

[85]) cf. Foucart, *op. cit.* p. 282.

XIV. — Novum fragmentum catalogi sexagesimae tributorum anni 448/7.

Inv. n. 5224; olim in arce. Frustulum tabulae marmoris Pentelici undique mutilum, alt. om 15, lat. om 10, crass. om 17, alt. lit. om 01, interv. vers. om 005. Vid. tab. VIII, fig. 9.



	[Γ	ʿΡεν]αι[ε̄ς]
	[Η]	Σεριφιοι
	[ΔΔΔΓΓΓ ΙΙ]	Διε̄ς
	[ΔΔΔΓΓΓ ΙΙ]	Ἀθε̄ναι Διάδε̣[ς]
5	[ΔΠΓ ΙΙ ΙΙ	Γ]ρυνχε̄ς
	[ΔΠΓ ΙΙ	Ηεσσ]τιαιε̄ς
		...⁶...ι

Hoc frustulum referendum est ad magnam illam stelam, in qua sexagesimae tributorum inde ab anno 454° usque ad annum 440um Minervae consecratae perscriptae sunt[1]). Fragmentum anno fere 446 certe

[1]) IG I 226—240 + suppl. p. 71, 72; nova fragmenta ad IG I 238 et 240 addidit A. M. Woodward, *J.H.S.* XXVIII 1908, p. 291 sqq. De his titulis cf. Pedroli, *I tributi degli alleati d'Atene* (= Beloch, *Studi di Storia Antica* I, p. 101—120) et E. Cavaignac, *Études sur l'histoire financière d'Athènes* au Ve siècle, p. XXXI sqq. — Hae tabulae ubi positae fuerint, quaeritur. Anno 454 cum aerarium foederis maritimi Delo Athenas transferretur, Hecatompedum, quod dicitur, unice idoneum fuisse locum, ubi sociorum tributa asservarentur, inter viros d. satis constat. Ipsas pecunias in alteroutro cubiculo in templi parte occidentali reconditas fuisse non est, cur moneam. Catalogos autem tributarios, qui in lapidibus circ. duodecim pedes altis insculpti erant, non in interiore templo, sed in aliqua templi porticu, unde de plano recte legi possent, propositos fuisse, in promptu est coniectura. Quo loco hodie in adyto epigraphico locati sunt, parca lux vix sinit, ut, quid inscriptum sit, discernas.

TABULA VIII



Fig. 8. Monumentum supulcrale publicum.



Phot. Petritsis.

Fig. 9. Catalogus sexagesimae tributorum.

non esse recentius, ergo pertinere ad unum e titulis, qui leguntur IG I 226-234, litterae sigma indicat forma vetustior. Iam hos titulos accuratius recenseamus. Plerique aliam atque nostrum fragmentum exhibent scribendi rationem. Nam IG I 226, 227, 229, 230 antiquiorem habent figuram litterae Ⓒ, IG I 231 et 234 sibilantis formam noviciam. In aliis rursus, IG I 229, 231, 233, iam una pluresve e civitatibus, quae in nostro fragmento recensentur, occurrunt. Restant igitur, quibus novum fragmentum adsignari possit, IG I 228 et 232. Iam vero hoc animadvertas velim in fragmento nostro civitates certo quodam ordine perscriptas esse. Omnes enim ex numero sunt earum, quae postea τὸν νησιωτικὸν φόρον pendebant [2]). Idem ordo geographicus in tit. IG I 232 plerumque servatur [3]), in IG I 228 prorsus desideratur. Denique conferenda sunt quae de IG I 228 adnotavit Kirchhoff [4]): „die dritte Liste (IG I 228) hat das ältere Sigma in einer von der gewöhnlichen etwas abweichenden Form, indem der untere Schenkel sehr weit nach oben gezogen ist." Hanc autem formam singularem non exhibet fragmentum nostrum. Ideoque non nisi ad IG I 232 [5]), h. e. ad laterculos sexagesimae a. 448/7 consecratae, pertinere potest.

Reliquum est, ut ea, quae supplevi, paucis stabiliam.

Vs. 1: supra primum iota versus sequentis partem inferiorem dispicere mihi videor litterae sive A sive Λ, supra Φ parvulam hastam, quae non nisi ab I aut P aut T aut Φ oriunda esse potest. Conieci supplendum esse [*Ρεν*]αι[ξς], quippe qui in laterculis sexagesimae una cum civitatibus Euboicis inter vectigales insulares recenseri soleant. Pependerunt Rhenaei a. 451 tributum 1000 dr. (IG I 229), a. 449 dr. 300 (IG I 233). In tabulis inter annos 451 et 447 perscriptis eorum nomen desideratur. Constat autem Athenienses a. 450 complurium civitatum tributa levavisse [6]). Itaque Rhenaeorum quoque tributum illo ipso anno deminutum esse veri simile est. Suppleveris igitur [ ].

Vs. 2: Seriphiorum tributi sexagesima a. 451 ducentae, a. 449 cen-

[2]) inde ab anno 443 demum civitates foederatae ab Hellenotamiis per quinque regiones geographicas dividebantur, sed iam antea saepe geographico quodam ordine definiuntur (e. g. in laterculis anni 446, IG I 234).

[3]) e septem civitatibus, quorum nomina in secunda columna supersunt, sex pertinent ad regionem Thracicam, e decem civitatibus, quae in col. tertia leguntur, sex ad regionem Caricam.

[4]) Urkunden u. Untersuchungen z. Gesch. d. delisch-attischen Bundes, *Abh. Akad. Berlin* 25 Oct. 1869, p. 5.

[5]) huius lapidis superficies prorsus detrita esse videtur. In ectypo certe, quod liberaliter Athenis mihi misit v.cl. A. M. Woodward, nullae certae litterarum formae distingui possunt.

[6]) cf. Cavaignac, *op. cit.* p. 63; cf. supra p. 13.

tum drachmae fuerunt. Eorum quoque tributum a. 450 deminutum esse videtur. In nostro fragmento, quod quidem pertinet ad annum 448/7, utique supplendum est [H].

Vs. 3: *Διῆς* sive *Διῆς ἀπὸ Κηναίου* oppidum incolebant *Δῖον* in Euboea septentrionali [7]). Inde ab anno 449 eorum tributi sexagesima erat dr. XXXIV, ob. II (IG I 231, 233, 239); itaque supplendum est [Δ Δ Δ Η Η Η ||].

Vs. 4: *Ἀθηναίοις* sive *Ἀθηνίταις* oppidum erat *Ἀθῆναι Διάδες*, in ea parte insulae Euboeae situm, quae spectat inter septentriones et occidentem [8]). Pendere solebant tributum duorum milium drachm. (IG I 231, 237, 247); semel modo, a. 444, propter defectionem a. 446 factam, duplum pependerunt [9]).

Vs. 5: *Γρυνχῆς* incolae erant oppidi Euboeae meridionalis, quod ubi situm fuerit, certius non constat [10]). Pendebant tributum 1000 dr. (IG I 229, 231, 236, 241); itaque supplendum est [Δ Π Η || ||]. Eidem IG I $231_{\text{VI}2}$ dicuntur *Βρυνχειῆς* atque eadem nominis forma IG I $233_{22}{}^{b}$ pro certo suppleta est. Contulit Boeckh [11]) Steph. Byz. s. v. *Ῥύγχαι· χώριον Εὐβοίας. τὸ ἐθνικὸν Ῥυγχαῖος.* Itaque conicias nomen *Γρυγχῆς* Graecae esse originis, quocum conferri possint nomina *Ρύγχων* (Thebis saec. V: IG VII 2573, cf. *S.E.G.* II 187) et *Ῥυγχίδαι* (Rhodi: IG XII 1, 177/8) [12]). Dubito tamen an nomen ductum sit ex lingua eorum, qui ante Graecos eas regiones incoluerint [13]).

---

[7]) cf. Philippson, *R.E.* V. 833 s. v. *Δῖον* 3, Ziebarth, IG XII 9, p. 170.

[8]) cf. Oberhummer, *R.E.* II. 2021 s. v. *Athenai* 3, Ziebarth, IG XII 9, p. 170. — E regione Athenarum in ora Locridis prope a vico hodierno *Λιβανάταις* olim oppidum situm erat *Κυνός*, cuius rudera, cum vere a. 1921 ea loca perlustrabam, dignissima mihi visa sunt, quae accuratius explorarentur; cf. etiam Oldfather, *R.E.* s. v. Lokris.

[9]) a. 447/6 civitates Euboicae suo tempore, h.e. vere a. 446 — mense Elaphebolione tributa reddi solebant, cf. schol. ad Arist. Ach. 504 —. tributum pependerunt, ne defectionis suspicionem moverent, cf. Busolt, *Griech. Gesch.* III 1, p. 422, not. 1; de a. 446/5 et 445/4 nil constat, cum pars tabulae huc pertinens perierit.

[10]) cf. Bölte et Bürchner, *R.E.* VII. 1899, Bursian, *Geographie v. Griechenl.* II, p. 426.

[11]) *Staatshaush.* II³, p. 434. Idem contulit Steph. Byz. s. v. *Τρῦχαι· πόλις Εὐβοίας. Δυκόφρων* (Alc. 374) *δὲ μεταφράσας Τρύχαντα καλεῖ. τὸ ἐθνικὸν Τρυχεύς.* Sed neque hoc, neque quae ex eodem Steph. attulit Geyer, *Topographie u. Gesch. d. Insel Euboia*, I p. 73: *Τύχη -- ἔστι δὲ καὶ Τυχαῖον* (leg. *Τρυχαῖον* G.) *ὄρος μεταξὺ Ἐρετρίας καὶ Βοιωτίας* (*sic*), huc pertinere censeo.

[12]) de variante littera initiali conferri posse videntur: *φοχθέω - βρόχθος - holl.* kraag, *φύγχος - holl.* grijnzen (vid. Muller, *Grieksch Woordenboek*, Boisacq, *Dict. Etymol.* s. v.).

[13]) nomen frustra quaesivi ap. Fick, *Vor-Griechische Ortsnamen*. An huc pertineat nomen *Βρυγίνδαρα* (Rhodi), quod originis esse Hethiticae affirmat Fick, *op. cit.* p. 46, videant harum rerum periti.

Vs. 6: Hestiaeensium bis tantum in laterculis sexagesimae mentio fit, IG I 231, ubi summa sexagesimae periit, et IG I 233, ubi summa est dr. XVI ob. II. Eadem summa hic supplenda videtur. Lacuna expleri non potest nisi admittas litteram sigma, ut fit, geminatam fuisse. Ceterum etiam Histiaeenses hic nominati fragmentum utique anno 446 antiquius esse documento sunt. Nam illo ipso anno Pericles Histiaeenses in poenam foederis rupti sedibus suis expulit atque Histiaeam cleruchiam civium Atheniensium deduxit [14]). Hi nimirum nullum tributum pendebant. Novo oppido nomen inditum est Ὠρεός, quod usque ad hunc diem obtinuit. Sed etiam post a. 446 et urbs et incolae identidem vetere nomine designantur [15]).

Vs. 7: iota, cuius pars superior superest, ultimam huius versus litteram fuisse constat atque ante hoc iota sex litterae desunt. Itaque nullius ex ceteris civitatibus Euboicis nomen huc convenit; nam occurrunt in laterculis sexagesimae praeter cives iam commemoratos non nisi *Διακρῆς*, *Ἐρετριῆς*, *Καρύστιοι*, *Στυρῆς*, *Χαλκιδῆς*. In promptu est conicere nomen supplendum esse unius ex reliquis vectigalibus insularibus; in censum veniunt hi: *Ἄνδριοι*, *Κύθνιοι*, *Νάχσιοι*, *Σίφνιοι*.

[14]) Thucyd. I. 114.3, Diod. XII. 7 et 22, Plut. Pericl. 23.

[15]) incolae Orei *Ἑστιαιεῖς* audiunt in nummis nec non in multis titulis, e. g. *Inschr. v. Magn.* 48$_{36}$. De urbis nomine cf. Paus. VII. 26. 4: *κατ' ἐμὲ ἦσαν ἔτι οἱ Ὠρεὸν τὴν ἐν Εὐβοίᾳ τῷ ὀνόματι Ἑστιαίαν ἐκάλουν τῷ ἀρχαίῳ*. Plura apud Ziebarth, IG XII 9, p. 169.

XV. — Titulus votivus saec. IV[i].

Inv. n. 3996. Basis marmoris albi, in qua foramen ad donarium statuendum. Alt. om 15, lat. om 37, crass. om 23.

E O I
ΦΙΛΕΤΩΔΕΞΙΚΛΕΟΣΘΥΓΑΤΗΡ
ΙΕΡΕΑΓΕΝΟΜΕΝΗΔΗΜΗΤΡΙ
ΑΝΕΘΗΚΕΝ

[Θ]εοί.
Φιλετὼ Δεξικλέος θυγάτηρ
ἱέρεα γενομένη Δήμητρι
ἀνέθηκεν.

Titulus propter litterarum formas medio fere saeculo quarto attribuendus est. Idem tempus indicat *o* pro *ου* scriptum, quae quidem scribendi ratio usque ad annum fere 360 frequentior est, postea non nisi raro occurrit [1]).

Vs. 2: nomen *Φιλετώ* aliunde ignotum esse videtur. At conferri potest nomen *Φιλετίς* [2]), quare haud necesse esse puto, ut *Φιλητώ* corrigamus. Nomen *Δεξικλῆς* in titulis Atticis hucusque non inveniebatur. Sed invenitur nomen *Δεξίκλεια* in tit. sepulcrali eiusdem fere aetatis, IG II 2493: *Δεξίκλεια Φιλίωνος ἐξ Οἴου*. Mira nominum congruentia suspicionem movet Phileto nostram cum patre item *ἐξ Οἴου* fuisse.

Vs. 3: de forma *ἱέρεα* vid. quae notavi ad X^B_{12}. De quo templo Cereris hic cogitandum sit, nimirum ignoramus; quattuor novimus: 1° templum *Δήμητρος Χλόης καὶ Γῆς Κουροτρόφου*, sub arce situm [3]); huius templi sacerdotis in usum sedes destinata fuisse videtur in theatro Bacchi, cui inscriptum est: *Κουροτρόφου ἐξ Ἀγλαύρου Δήμη[τ]ρος* [4]). 2° templum in urbe, cuius Paus. I. 2.4 mentionem facit. 3° Eleusinium urbanum [5]). 4° Thesmophorium [6]).

---

[1]) cf. Meisterhans, *G.A.I.*[3] p. 6, n. 7. 1341[6]; cf. Bechtel, *Hist. Personenn.* p. 451.
[2]) nomen occurrit e.g. IG V[1],
[3]) cf. Paus. I. 22. 3.
[4]) IG III 372.
[5]) cf. cap. XIII, not. 8.
[6]) cf. schol. ad Ar. Thesm. 585.

XVI. — Fragmentum catalogi incerti generis ex saec. IV^{i} parte priore.

Inv. n. 12394; olim in arce. Fragmentum tabulae marmoris Pentelici undique mutilum, alt. 0^{m} 22, lat. 0^{m} 22, crass. 0^{m} 07, alt. litt. 0^{m} 007. Litterae στοιχηδόν scriptae.

Ν Η Σ Χ
Ο Σ
Δ Η Μ Ο Φ Α Ν Τ Ο
Α Ν Δ Ρ Ο
Μ Ο Σ Λ Ε Ω Κ Η Δ Ο Σ
Δ Η Μ Ο Σ Ν Ι Κ Ω Ν Ο Σ
Η Σ
Ο Κ Λ Η Σ Χ Α Ρ Ι Ο
Κ Ρ Ο Σ Δ Α Ι Τ Α Ρ Χ Ο
Ι Τ Γ Α Τ Ρ Ο Σ Κ Ω Μ Α Ρ Χ
Α Υ Κ Λ Η Σ Ν Α Υ Α Ρ Χ Ο
Ν Ι Κ Ο Κ Ρ Α Τ Η Σ Ν Ι Κ Ο Δ ⊢
Ε Υ Κ Λ Ε Ι Δ Η Σ Ε Υ Χ Α Ρ Ο Σ
Ν Ο Μ Η Ν Ι Ο Σ Κ Α Λ Λ Ι Ο
Ν Ι Κ Ο Σ Τ Ρ Α Τ Ο Σ Ν Ι Κ Ο Μ
Ι Κ Α Ρ Ι Η Σ Α Ρ Ι Σ Τ Ο Γ Ε
Ν Ε Ο Κ Λ Η Σ Ν Ε Ο Δ Ω Ρ Ο
Α Ν Τ Ι Δ Ο Τ Ο Σ Ε Υ Α Ι Ν Ε
Φ Ρ Α Σ Ι Κ Λ Η Σ Φ Ρ Α Σ Ι Κ
Μ Ν Η Σ Ι Κ Λ Ε Ι Δ Η Σ Γ Ο
Ι Μ Ο Γ Ε Ν Ο

[...^{5}.. *έ*]*νης Χ*---
[*Αἰγηΐδ*]*ος·*
....^{7}....· *Δημόφαντο*[*ς*---]
....^{7}... *άνδρο*
...^{6}... *μος Λεωκήδος*

[*Νικό*]*δημος Νίκωνος*
[*Ἁλαι*]*ῆς·*
[*Θυμ*?]*οκλῆς Χαρίο*
[*Εὔ*]*κρ*[*ιτ*]*ος Δαιτάρχο*
[*Ἀ*]*ντ*[*ί*]*πατρος Κωμάρχ*[*ο*]
[*Ν*]*αυκλῆς Ναυάρχο*

Νικοκράτης Νικοδή[μο]
Εὐκλείδης Εὐχάρος
Νομήνιος Καλλίο
Νικόστρατος Νικομ[άχο]
Ἰκαριῆς· Ἀριστογέ[νης---]
Νεοκλῆς Νεοδώρο
Ἀντίδοτος Εὐαινέ[το]
Φρασικλῆς Φρασικ[λέος]
Μνησικλείδης Γο[ργιάδο]
Τιμογέν[ης . . .]ο---

Aetas huius catalogi satis exacte definiri posse videtur. Litteratura ea est, qua saeculi quarti parte priore lapicidae Athenienses utebantur. Eiusdem aetatis indicium est quod constanter scriptum est ο pro ου, quae scribendi ratio usque ad annum fere 360 Athenis usitatior fuit [1]). Tum forma nom. plur. verborum in -εύς, quae in -ῆς exit, post annum fere 350 non nisi raro occurrit [2]). Denique eandem aetatem indicat prosopographia; conferas quaeso quae ad singula nomina adnotavi.

De genere catalogi ratio, qua nomina hic disposita sunt, nos edocet. Nam catalogorum saeculo quarto tribuendorum duo tantum genera nomina per tribus et demos digesta exhibent [3]). Primum fieri potest, ut catalogus habendus sit cleruchorum. Nam cum nostro titulo optime conferri potest titulus IG II 960, in quo nomina cleruchorum circiter a. 360 in nescio quam terram missorum prorsus simili ratione recensentur. Haec coniectura si recta est, agi posse videtur de cleruchis a. 365 in insulam Samum deductis [4]). Verisimilius tamen est diaetetarum hunc esse catalogum. E titulis ad diaetetas pertinentibus prae ceteris conferendus est tit. IG II 944, ubi, sicut in nostro fragmento, patrum quoque nomina singulis nominibus subiunguntur [5]). Diaetetae illi arbitri erant publici, qui e civibus certae cuiusdam aetatis, singuli in singulis causis, a magistratu litigantibus sortitione dabantur [6]). Quod munus publicum omnibus civibus obeundum erat, qui sexagesimum aetatis annum age-

[1]) vid. quae notavi ad tit. praeced. [2]) cf. Meisterhans, *G. A. I.*[3] p. 141, n. 8*a*. [3]) eadem ratione atque in titulis, de quibus ago, nomina disposita sunt in catalogis incerti generis IG II 996, 997, 998, 1001, 1003, 1006, 1010, 1013, 1024, 1028, 1030, 1040. Quapropter haec quoque fragmenta omnia aut ad cleruchos aut ad diaetetas pertinere suspicor.

[4]) cf. p. 14, not. 30. [5]) hunc titulum et ipsum ad diaetetas pertinere inter viros d. satis constat. Quod autem in hoc titulo patrum nomina filiorum nominibus supponuntur, in nostro iuxta ponuntur, parum attinet.

[6]) de diaetetis publicis cf. Pischinger, *De Arbitris Atheniensium publicis*, diss. Monachii 1893, Thalheim, *R. E.* V. 315, Schoemann—Lipsius, *Griech. Altert.* I[4], p. 513, Lipsius, *Das Attische Recht u. Rechtsverf.* I p. 226 sqq. Post medium fere saec. Vum, ut iudiciorum munera ac curae levarentur, instituti sunt. Prima eorum mentio fit ap. Andoc. I. 88. Titulus noster, si modo huc spectat, antiquissimum diaetetarum catalogi exemplum exhibet, quod hucusque exhibere videbatur tit. IG II 1040 (a. 343/2).

bant, infamiae poena proposita, si quis sine iusta causa detrectavisset [7]). Ceteri diaetetarum catalogi, qui nobis supersunt, magnum nominum numerum habent, e.g. IG II 943 centum quattuor nomina ex omnibus tribubus congesta continet, titulus truncatus IG II 944 e quattuor tantum tribubus octoginta. In utroque titulo nomina compluribus columnis ordinata sunt. Unde conicias in nostro quoque titulo, si modo ad diaetetas spectat, complures columnas iuxta positas fuisse. Praeterea suspicari licet in ea nostri tituli parte, quae periit, aut titulum aliquem votivum, aut decretum populi horum diaetetarum in honorem factum cum nomine archontis exaratum fuisse [8]).

Videamus denique de prosopographia.

Vs. 2: nomen tribus Aegeidis pro certo restitui potest. Namque Icarienses, qui inde a vs. 16 recensentur, ad illam ipsam tribum pertinebant.

Vs. 3: ante nomen *Δημόφαντος* alicuius demi nomen supplendum esse e vs. 16 intellegi potest. Propter lacunam septem litterarum ex tribu Aegeide hi demi in censum veniunt: *Ἀγκυλῆς*, *Ἐρικεῆς*, *Ἰωνίδαι*, *Οτρυνῆς*, *Φηγαιῆς*. Quoniam autem nullum e nominibus, quae vs. 3-6 sequuntur, ad ullum horum quinque demorum pertinuisse nobis notum est, haud scio an aliquod aliud demi nomen supplendum sit. Dubitanter suppleo [*Κολλυτῆς*], quod supplementum commendant *Λεωκήδης* vs. 5 et *Νίκων* vs. 6, quae nomina inter Collytenses aliunde nobis nota sunt. Nomen sane *Κολλυτῆς* est octo, non septem litterarum, sed fieri potest, ut lapicida, ut fit (cf. vs. 8), duas litteras in unius litterae spatio exaraverit.

Vs. 4: possis e.g. [*Δίων Νικ*]*άνδρο*. Nomen *Δίων* inter Collytenses bis alibi occurrit, cf. *P.A.* 4503, 4504.

Vs. 5: frater esse potest *Ἀμεινίας Λεωκήδους Κολλυτεὺς πρύτανις* in catal. med. saec. IV[1] (*P.A.* 681).

Vs. 7: demi nomen satis certa ratione suppleri potest. E demis tribus Aegeidis ad lacunam supplendam non nisi *Ἁλαιῆς* [9]), *Ἐρχιῆς*, *Πλωθῆς* apti sunt. Iam vero inter Halaeenses nobis cognitos sex nomina ex eis, quae vs. 8-15 perscripta sunt, alibi recurrunt, inter Erchienses et Plothenses non nisi unum alterumve. Quapropter [*Ἁλαι*]*ῆς* supplendum esse verisimillimum est.

Vs. 8: nomen dubitanter supplevi coll. *P.A.* 7400[a]: *Θυμοκλῆς Βρέμοντος Ἁλαιεύς* (c.a. 300), quem nostri nepotem fuisse conieci. Nullum certe aliud

[7]) cf. Aristot. *Ἀθ. Πολ.* 53. 4 sqq. [8]) cf. Koehler ad IG II 944.

[9]) h. e. ei, qui adscripti erant demo, cui nomen *Ἁλαὶ Ἀραφηνίδες*; nam demus *Ἁλαὶ Αἰξωνίδες* pertinebat ad tribum Cecropidem.

nomen in -*οκλῆς*, quod lacunae conveniat, inter Halaeenses alibi occurrit.

Vs. 9: nomen *Δαίταρχος* hic primum in titulo Attico legi videtur.

Vs. 10: *Ἀντίπατρος Ἁλαιεύς* *P.A.* 11168 a nostro prognatus esse potest.

Vs. 12: idem esse videtur atque *Νικοκράτης* *P. A.* 10911, cuius filius *Νικήρατος* a. 325/4 *διαιτητής* fuit (*P. A.* 10734). Stemma hoc modo componendum esse videtur:

c.a. 393 — *Νικόδημος* (I) *P.A.* 10865?

c.a. 360 — *Νικοκράτης* noster = *P.A.* 10913 (= 10911?)

c.a. 327 — *Νικήρατος* *P.A.* 10734 | *Νικόδημος* (II) *P.A.* 10860 (10865?) | ..[5].. cf. *P.A.* 10913

In tit. IG II² 490, vs. 6/7 [*Νικό*]*δημος Νικοκ*ρ[*άτους Ἁλαιεύς*] supplendum esse videtur, quamquam unius litterae spatium vacabit.

Vs. 13: haud scio an huius filius fuerit [*Εὐ*]*κλῆς Εὐκλείδου Ἁ*[*λα*]*ιεύς* in tit. vot. med. saec. IVi, *P.A.* 5715.

Vs. 14: fortasse *Νουμήνιος Μενάνδρου Ἁλαιεύς ἐπιμελητὴς πομπῆς*, laudatus a. 186/5 (*P.A.* 11137), a nostro originem ducit.

Vs. 15: *Νικόστρατος Ἁλαιεύς* in tit. navali circ. a. 370 (*P.A.* 11019) idem atque noster esse videtur; homonymus, cuius mentio fit in tit. navali a. 342/1, huius filius esse potest.

Vs. 17: nomen *Νεόδωρος* in titulis Atticis hucusque non legebatur.

Vs. 18: nomen *Εὐαίνετος* suppleri posse videtur in catal. iudicum init. saec. IVi IG II 946$_5$ (ex eo rursus suppleas *P.A.* 1017).

Vs. 20: notus est *Γοργιάδης Μνησικλείδου Ἰκαριεύς*, quaestor collegii cuiusdam a. 340/39 aut 313/2 (IG II 1209). Stemma hoc modo conformandum esse conicio:

c.a. 393 — *Γοργιάδης* (I)

c.a. 360 — *Μνησικλείδης* noster = *P.A.* 10302

c.a. 327 — *Γοργιάδης* (II) *P. A.* 3062.

Ab his originem ducere videtur *Μνησικλείδης Ἰκαριεύς* amphiarasta c.a. 200 (*N.P.A.* p. 130).

Vs. 21: *Τιμογένης Ἰκαριεύς, ἔργων ἐπιστάτης* a. 437/6 (*P.A.* 13664) ostri avus fuisse videtur.

XVII. — Fragmentum monumenti sepulcralis publici ex saeculo V°.

Inv. n. 1837; olim in arce. Fragmentum tabulae marm. Pentelici, a tribus partibus mutilum; a dextra primo conspectu integrum esse videtur, sed accuratius dispicienti mihi suspicio orta est lapidem postea aliquem in usum truncatum esse atque ita conformatum, ut latus dextrum levigatum falsam speciem praebeat integritatis. Alt. 0^{m} 28, lat. 0^{m} 115, crass. 0^{m} 135, litt. 0^{m} 013, interv. vers. 0^{m} 006. Vid. tab. VIII, fig. 8.

Σ I K ⊢ E	[*Σο*]*σικλε̃*[*ς*]
⊢ Y Σ T P Λ	[*Πο*]*λύστρα*[*τος*]
| Y K P A T E	[*Πο*]*λυκράτε*[*ς*]
I ⊢ E T O Σ	[*Εὐ*]*φίλετος*
T O Φ O N	[*Κλε*]*τοφῶν*
ИENE ´	..[4].. *μένες*
M O Σ	...[5]..*μος*
	vacant 0^{m} 03
X O	...[6]...*χο* --
I C	...[7]...*ιο*[*ς*]

Particula haec est alicuius monumenti sepulcralis, qualia Athenienses, ut nomina civium, qui proximo quoque belli anno occiderant, memoriae proderent, publice condere solebant [1]). Titulum ad finem saeculi quinti referendum esse scribendi docet ratio. Exhibet igitur nomina eorum, qui nescio quo anno belli Peloponnesiaci, fortasse in uno e proeliis navalibus exeunte bello factis, occubuerunt. Accuratius ut tituli aetatem definirem, mihi non contigit. Prosopographia perpauca docet. Nomina *Σωσικλῆς* et *Πολυκράτης* semel tantum saec. V° exeunte recurrunt, idque itidem in monumentis sepulcralibus [2]). Polystratus noster idem esse potest atque Polystratus ille, cuius filius a. 401 in exercitu decem milium equitatui praefuit [3]). Euphiletus utrum idem sit atque *Εὐφ. Κηφισιεύς*, qui a. 409/8 fuit *ἐπιστάτης Ἐλευσινόθεν* [4]), an *Εὐφ. Τιμοθέου Κυδαθηναιεύς*, qui a. 415 inter Hermocopidas accusatus est [5]), an tertius aliquis, incertum est. De Clitophonte nihil prorsus constat; ab homonymis, quos novimus, diversus esse videtur. Vs. 8 dubito utrum nomen

---

[1]) de his monumentis vid. U. v. Wilamowitz, *Phil. Unters.* I 1880, p. 83 sqq., A. Brueckner, *Ath. Mitt.* XXXV 1910, p. 183 sqq., P. Wolters, *S. B. Bayr. Akad.* 1913, 5te Abh., v. Domaszewski, *S. B. Heidelb. Akad.* 1917, 7te Abh. [2]) cf. *P.A.* 13290, 12011.
[3]) *P.A.* 9211, 12009. [4]) *P.A.* 6067. [5]) *P.A.* 6061.

exaratum fuerit alicuius civis (e. g. [Ἀμφίλο]χο[ς]), an loci, ubi ei, quorum nomina sequebantur, occubuissent [6]). Postremo moneo fieri posse, ut nostrum fragmentum cum uno pluribusve ex his titulis coniungendum [7]) sit:

1°. IG I suppl. p. 111, 462*e* (alt. max. o^m 36, lat. max. o^m 16, crass. max. o^m 20, alt. litt. o^m 012; litteratura nostrae subsimilis est, litterarum altitudo par, lapidis crassitudo dispar, sed moneo nostrum fragmentum a tergo mutilatum esse).

2°. IG I 459 (0·46 × 0·22 × 0·18; litt. vs. 1-11 o^m 012 altae sunt atque nostri fragm. litteris similes, vs. 12 sqq. alt. o^m 018, quas lapicidam eo consilio maiores exarasse conicias, ut lapidis partem inferiorem eleganter expleret).

3°. IG I 460 (0·21 × 0·15 × 0·13; litt. 0·011, similes quidem, sed paulo minores quam in fragm. nostro).

Novum fragmentum cum aliis eisdem generis tabulis cum componerem, omnia monumenta sepulcralia publica, quae curante musei praeside in impluvii parte meridionali in unum collecta sunt, diligentius examinavi. De his tabulis iam multos ante annos adnotavit v. cl. Ad. Wilhelm: „die zahlreichen Bruchstücke der Verlustlisten, durch unveröffentlichte noch zu vermehren, verteilen sich auf verhältnismässig wenige grosse Denkmäler, so dass der Versuch einer Beziehung auf bestimmte Kriegsjahre und Schlachten nicht aussichtslos erscheint" [8]). Quamquam non omnes titulos huc pertinentes et in IG editos examinare potui, quippe quorum pars non iam Athenis asservetur, pars periisse videatur, tamen nonnulla temptavi atque hosce titulos inter sese coniungendos censeo [9]):

1°. IG I 435 (alt. max. o^m 35, lat. max. o^m 19, crass. max. o^m 125, litt. alt. o^m 012, interv. vers. o^m 003) + I 436 (0·20 × 0·15 × 0·075; litt. 0·012, interv. vers. 0·003) + I suppl. p. 110, 462 *b* (0·29 × 0·21 × 0·08; litt. 0·012, interv. vers. 0·003) + IG I 434 (0·59 × 0·20 × 0·11;

[6]) cf. IG I 432, ubi nomina ex ordine proeliorum disposita sunt.

[7]) in his tabulis coniungendis litterarum species magis consideranda est quam uniuscuiusque lapidis crassitudo. Plerarumque enim tabularum etiam crassitudo imminuta est. Complures ex stelis pulcherrimis, quas ad fortium virorum memoriam propagandam Athenienses destinaverant, postea, mutilatae nimirum, in ecclesiis Christianis ἱεραὶ τράπεζαι factae sunt.

[8]) *Jahresh.* I 1898, *Beibl.* p. 46. Nova fragmenta, postquam haec scripta erant, edita, invenies *Ath. Mitt.* XXXV 1910, p. 215 sqq., *Mnemos.* XLIX 1922, p. 202, n. II.

[9]) nonnullos e titulis, quos componendos esse censeo, iam antea compositos esse a v. cl. A. Brueckner, in dissertatione doctissima, cui tit. Kerameikos-Studien, *Ath. Mitt.* XXXV 1910, p. 183 sqq., postquam meam inquisitionem iam absolveram, cognovi.

litt. o·012, interv. vers. o·003). Horum omnium fragmentorum litteratura subsimilis est. Praeterea notandum est trium ex his (IG I 434, 435, 462^{b}) marginem sinistrum in latitudinem $5^{1}/_{2}$ cM. levigatum esse, ceteroqui asperum mansisse. Litteratura fretus de huius monumenti anno coniecturam feci. Litterae enim simillimae sunt litteris tituli IG I 433, quo nomina continentur 177 tribulium Erechtheidis, qui a. 459/8 in Aegypto, in Phoenicia, in ipsa Graecia occiderunt. Reliquas quoque tribus tunc magna detrimenta accepisse opinari in promptu est. Quapropter quattuor fragmenta, de quibus agimus, alicuius e reliquis tribubus tribules illo ipso anno caesos habere suspicari licet. Utrum etiam IG I 437 et 438 ad eandem stelam pertinuerint, id quod delineationes in IG expressae suggerunt, necne, dubium est. Hos lapides frustra in museo quaesivi, neque delineationibus, quae ut varias litterarum formas accurate expressas reddant vereor, fretus quicquam pro certo affirmare audeo.

2°. IG I 439 + suppl. p. 46 (o·56 × o·30 × o·10; litt. o·011; superficies valde detrita; latera postea rotundata) + IG I suppl. p. 110, 462^{c} (o·24 × o·63 × o·10; litt. o·011). Litterae tenues et elegantes fragmenta paulo ante a. 446 scripta esse indicare videntur. Unde haec fragmenta paulo ante a. 446 scripta esse indicare videntur. Unde haec ad pugnam a. 449 ad Salamina Cypriam factam pertinere conicias.

3°. IG I 445 + fragm. ined. inv. n. 6687 (= inv. mus. arcis n. 222), quod adiecit v. cl. Ad. Wilhelm; o^{m} 115 × o·08 × o·155; litt. o.006. Titulum propter litteraturam a. fere 410 dubitanter attribuo.

.^{3}. . *o* - - -
[*Δ*]*εοχά*[*ρες* $^{c.4}$]*ο*
Ἐπιχάρ[*ες Ἰ*]*άμβο*?
Ἀριστόμ[*αχ*]*ος Ἀριστοδέμο*
Σοσίστρ[*ατο*]*ς Σοτίονος*
Θαρρία[*ς* . .^{3}.]*οίθονος*
Μενοίτε[*ς Κα*]*λλιστράτο*
Ἀντιφάν[*ες Ἀ*]*ντιφῶντος*
Κάλλαισ[*χρος Φ*]*αιδίμ*[*ο*]
vacant o·007
Ἀκαμα[*ντί*]*δος*·
[*Πό*]*ριο*[*ι*]? *vacat*
[. . . .$^{c.10}$ . . . .*άν*]*δρο*
. . . . . $^{c.13}$ . . . . *νο*

In lapide: 3 ⊢ΠΙΧΑΡ.$^{3-4}$ΑΜΒΟ, 4 ΑΡΙΣΤΟ/ (potius Μ quam Λ, omnino non Δ), 7 ΜΕΝΟΙΤΙ (incertum utrum Ι en Ε), 11 ᐅΙᑎ sub ΑΜΑ vs. 10; non cohaerent haec cum ΔΡΟ, quod pertinet ad vs. 12.

An haec tabula inter monumenta sepulcralia referenda sit, quaeritur, nec tamen probabile est. Nam in huius generis monumentis neque patrum nomina neque demotica addi solent. Equidem puto particulam hanc esse catalogi aut cleruchorum aut diaetetarum, cf. quae in capite praecedente exposui.

Vs. 3: nomen [*Ἴ*]*αμβος* dubitanter supplevi, nam non est Atticum.

Vs. 7: propter spatii rationes potius legendum videtur *Μενοίτες* cum Kirchnero *P.A.* 10056, quam *Μενοίτιος* cum Kirchhoffio.

Vs. 8/9: suppleantur nomina *P. A.* 1207, 1752.

Vs. 11: hoc versu maxime octo litterae exaratae fuerunt, nam in novo fragmento infra ΔΟΣ spatium unius versus vacat. Itaque demoticum hic exstitisse constat. Iam vero e demoticis tribus Acamantidis nomen *Πόριοι* cum litterarum vestigiis admodum detritis apte quadrat.

4°. IG I 448 (0·73 × 0·49 × 0·10; litt. 0·001; circ. 5 cM. a margine dextro linea perpendicularis incurvata est, quae titulum includit) + I 449 (0·55 × 0·50 × 0·10; litt. 0·01; similis linea). Litteratura suadet, ut haec ad aliquam pugnam bello Peloponnesiaco exeunte factam pertinere putemus.

5°. IG I suppl. p. 111 462*d* (0·39×0·33×0·15; litt. o^{m} 008; lapidem a laeva integrum esse recte adnotavit Koehler; inde a margine superficies in latitudinem 4 cM. levigata est, tum sequitur linea incurvata) pars fuit superior stelae, cuius pars inferior nunc legitur IG I suppl. p. 186, 462*f* (fragm. *a*: 0·44 × 0·27 × 0·15, *b*: 0·31 × 0·17 × 0·15; litt. o^{m} 008). Propter litteram o-micron minore modulo quam reliquae litterae scriptam, quod quidem teste Larfeldo, *Handbuch* II p. 445, circiter inter annos 409 et 406 in usu fuit, hoc monumentum ad unam e pugnis navalibus illis ipsis annis factis referri posse videtur.

6°. IG I 455 (0·20 × 02·3 × 0·25; litt. o^{m} 011) + 456 (0·43 × 0·16 × 025; litt. o^{m} 010).

7°. IG I 457 (0·36 × 0·27 × 0·105 [fract.]; litt. 0·017; cf. imag. phot. *Ath. Mitt.* XXXV 1910, p. 217 infra) + I 538 (crass. max. 0·12, litt. 0·017).

XVIII. — Tituli sepulcrales civium Atheniensium.

Hosce titulos litteris minusculis reddidi, quia genuinae litterarum formae typis exprimi non poterant. Cives de quibus nil adnotavi aliunde ignoti esse mihi visi sunt[1]). De uniuscuiusque tituli aetate e litterarum formis coniecturam feci. a = ante Chr., p = post Chr.

1. Inv. n. 364. *Τράπεζα* marm. Hym., alt. o^m 65, lat. o^m 80, crass. o^m 54. Litt. c. a. 300^a.

Γλαυκίας Ἡρακλείδου | Ἀνκυλῆθεν.

---

2. Inv. n. 11949. Columella marm. Hym., alt. o^m 60, diam. o^m 32. Litt. saec. II^a.

Νικησὼ | Ἀρίστωνος | Μιλησία, | Πύθωνος || Ἀθμονέως | γυνή.

---

3. Inv. n. 11643. Columella marm. Hym., a laeva fracta, alt. o^m 58, diam. o^m 40. Litt. saec. I^p.

[Διον]υσόδωρος | [Ἀθ]ηναίου | [Αἰξ]ωνεύς.

---

4. Inv. n. ?. Columella marm. Hym., alt. o^m 65, diam. o^m 34. Litt. saec. I^a (?).

Ἐπιτυχία | Κοΐντου | θυγάτηρ, | Δημητρίου || Α(ἰ)ξωνέως | γυνή.

---

5. Inv. n. 12379. Columella marm. Hym. Litt. saec. I^p (?).

Ἀριστέας | Δημητρίου | [Ἀ]φιδναῖος.

---

6. Inv. n. 434. Columella marm. Hym. Litt. saec. I^a (?).

Ἀθήναιος | Θεοδώρου | Ἐλευσίνιος.

---

2 fortasse idem atque *Θεόδωρος Ἐλευσίνιος* (*P. A.* 6863[a], Graindor, Études sur Athènes sous Auguste, *Mus. Belge* XXVIII 1923, p. 284, n. 274: saec. I^a), cuius filiius *Λύσανδρος* occurrit in catal. fin. saec. I^a (*P. A.* 9287 = Graindor, *l. c.* n. 345).

---

